# CARTULARIUM BLESENSE

## MAJORIS MONASTERII

## SAECULUM XIII

### CCI

### DE INUADIATIONE BAILLIAE DE AURICASA (1)

1201

*Engagement par Gilo, prévot d'Orchaise, partant pour la croisade, de tous les revenus de sa prévoté, pour 15 livres, pendant trois ans. Si a son retour il ne peut en faire le rachat, les religieux continueront à en recueillir les fruits jusqu'à parfait paiement.*

EGO Ludouicus comes Blesensis et Claromontensis, omnibus tam futuris quam presentibus, notum facio quod Gilo prepositus Orchesie, cruce signatus, inuadiauit balliam suam de Orchesia, abbati et capitulo beati Martini maioris monasterii, pro quindecim libris andegauensibus, usque ad tres annos, ita quod idem Gilo, pro remedio anime sue, omnes fructus et obuentiones a ballia, per illos tres annos exeuntes, praefatis monachis in eleemosinam donat et concedit; expletis vero tribus annis, si eumdem Gilonem redire contigerit, si balliam redimere poterit, redimet; sin autem quamdiu redimenda fuerit, monachi fructus et obuentiones ex ea percipient. Ego autem, ad preces monachorum, hanc inuadiationem firmiter tenendam manu

(1) Original en parchemin aux arch. de Loir-et-Cher, était scellé sur double queue en parchemin. Au dos on lit : « *Blesis, Auricasae, Carnotum.* » Ibid., autre copie en papier, qui ajoute à la fin : « *Sigillatum in veteri cera.* » Collationnée le 11 mai 1639, par. fr. C. Bonnot.

cepi, et ut rata maneat litteris commendaui, et sigilli mei munimine confirmaui. Testes sunt Johannes et Garinus de Friesia, Raginaldus mariscallus, Raginaldus cortesius, Wuillelmus prior Orchesie, Oliuerius prior de Chambon. Actum Blesis anno gratie M° CC° I°. Datum per manum Teobaldi cancellarii mei.

## CCII

## NOTITIA DE IMMUNITATE MONACHORUM NE RECIPIANT CANES ET VENATORES

1202

Louis, comte de Blois, en partance pour Jérusalem, abolit le droit de gîte et de procuration, pour ses chiens et ses chasseurs, dans les prieurés de Marmoutier.

Uniuersis presentes litteras inspecturis et audituris, Albericus Dei gracia Carnotensis episcopus, eternam in Domino salutem. Noueritis nos litteras bone memorie Ludouici, comitis blesensis et clarimontanensis, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte sui viciatas, vidisse sub hac forma : Ego Ludouicus, comes blesensis et clarimontensis, omnibus presentibus et futuris notum facio, quod ego Jherosolimam profisciscens, pro amore Dei, et anime mee remedio, et antecessorum meorum, laudentibus et concedentibus Katherina, vxore mea, Theobaldo filio meo, Johanna filia mea, Philippo fratre meo, et sororibus meis, Margarita, Ysabella, dedi liberaliter et concessi hanc immunitatem monachis maioris monasterii, quos semper dilexerunt progenitores mei, et multis possessionibus ampliare curauerunt, ut a procuracione et perandinacione seu pastu, aut jacere canum meorum, et caniceriorum et venatorum in prioratibus et grangiis ipsorum et in omni loco immunes, liberi et quieti perpetuo habeantur. Hanc autem elemosinam ita pie et liberaliter factam, volo durare omni tempore, vt nullus heredum meorum possit eam in irritam reuocare, aut immunitatem istam infringere, nec canes eorum aliquo tempore, in dictis locis recipiantur aut perendinent, aut jaceant, seu pastantur. Quod ut ratum permaneat et illesum, litteris commandaui, et sigilli mei et nominis mei feci munimine roborari. Testes sunt : Hernaldus, abbas sancti Launomari blesensis, frater Geraudus de Bononia, Petrus de Villa-

(1) Cartul. de Mesland, n. 22, fol. 9, v°. — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 165 et 202.

bercon, Johannes infans, Raginaldus cortors, Raginaldus crisprini marescalus. Actum anno gracie M° CC° secundo. Datum per manum Theobaldi, cancelarii mei, apud Bononiam, mense maii. In cuius rei memoriam, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum anno Domini M° CC° quadragesimo secundo.

## CCIII

### « DE XX LIBRIS QUAS L. COMES BLESENSIS DEDIT « NOBIS. — DE PONTIJOL (1) »

1202

Louis, comte de Blois, partant pour Jérusalem, donne 20 livres de rente, sur le fétage, a Blois, pour le service de la chapelle de Pontijon, qu'il avait fait construire, à la charge pour les moines, de dire chaque jour une messe pour son père, pour lui et ses enfants.

Ego Ludouicus, comes blesensis et clarimontensis, omnibus presentibus et futuris notum facio, quod ego, Iherosolimam proficiscens, amore Dei, et anime mee remedio, et antecessorum meorum, laudantibus et concedentibus Katharina uxore mea, Theobaldo *filio* meo, Johanna *filia mea*, *Philippo fratre meo*, et sororibus meis Margarita, Isabella, dedi liberaliter et concessi monachis maioris monasterii, quos semper pro ceteris monachis, obtentu religionis sue, progenitores mei specialiter dilexerunt, uiginti libras annui redditus Blesis, in festagio meo, pro seruicio capelle de ponte Igeoli, quam pro anima patris mei et mea feci a dictis monachis loco illo edificari. Has autem uiginti libras habebunt in festiuitate sancti Hilarii, de primis denariis festagii, ante omnes alios, quibus ego annuum redditum in eodem festagio assignaui. Memorati autem monachi facient in eadem capella, singulis diebus, missam unam celebrari, pro patre meo, et pro me ipso, et liberis meis. Quod ut ratum permaneat et illesum, litteris commendaui, et sigilli mei, et nominis caractere communiui. Actum Blesis sollempniter, anno gratie M° ducentesimo secundo. Datum per manum Theobaldi, cancellarii mei, mense maio.

(1) Original en parchemin. Le sceau sur cordon perdu. (Arch. départ.) — Vidimus donné par Jehan, seigneur de Folleville, conseillier du roy, garde de la prévôté de Paris, en 1399, — Autre vidimus de 1370, — Housseau VI, n. 2160, layette de la Grèneterie.

## CCIV

### « CONCORDIA FACTA SUPER FACTA DIUISIONE PRATI DE UILEREIO INTER GAUFRIDUM DE RUBEO-MONTE, ET MONACHOS SANCTI MARTINI. — DE LAUARZINO (1) »

1202-1207

Accord entre Geoffroy de Rougemont et les moines de Lavardin, pour le partage du pré de Villier.

Ego Johannes comes Windocinensis, notum facio omnibus, quod cum per multa tempora controuersia uerteretur inter monachos sancti Martini de Lauardino ex una parte, et Gaufridum de Rubeo-monte ex altera, super diuisione prati de Uilereio, tandem inspirante gratia Spiritus Sancti, ad pacem deuenerunt, metas posuerunt, conditione tali, quod si pratum monachorum prius secatur quam pratum predicti Gaufridi, monachi per pratum illud secandum fenum suum, super equos uel asinos, ut unus sit ante alterum gradiens, extrahent, nisi licentia prebeatur a predicto G. cum quadriga tollendi. Si uero pratum Gaufridi prius secetur, monachi per pratum fenum suum extrahent absolute cum quadrigis. Insuper ad festum beati Martini caritatem, sicut aliis militibus, monachi predicto Gaufrido mittent. Isti sunt testes qui hoc audierunt et uiderunt. Ex parte militis : Guillelmus mala lingua, Guillelmus de sancto Albino, Odo borrel, Gaufridus, Hamelin blancuilein, Geruasius pinart, Rainaldus espaillart. Ex parte monachorum: Gaufridus prior ipsius domus, Michael de Tauento cellerarius, Bucardus de Ambatia laicus, Iuo de Uitreio, Martinus turonensis, Gaufridus siccus, Matheus de Ualeran, Guerreius, Rainaldus de Turre, Rainaldus carpentarius, et plures alii. Quod ut ratum habeatur, ad petitionem utriusque partis, sigilli nostri munimine fecimus roborari.

CIROGRAPHUM

(1) Titre en parchemin, aux arch. de L. et Ch. ; était scellé sur queue de parchemin. — D. Ans. Lemichel, l. c. p. 477.

## CCV

### « REMISSIO CONSUETUDINUM. — DE LAUARDINO (1) »

1207

« Jean, comte de Vendôme, quicte et remest tous les droictz et coustumes qu'il prenoit sur les terres et maisons *du prieur de Lavardin.* »

Ego Johannes, comes Vindocinensis, presentibus et futuris, notum facio, quod diuine pietatis intuitu commonitus, nec non et pro remedio anime mee, et parentum meorum, in perpetuum quitaui penitus quasdam consuetudines, quas ego, et predecessores mei, in domo monachorum beati Martini de Lauardino, iniuste, sicut asserebatur, vsurpaueramus, scilicet cangium unum, leuagium doliorum et ipsius uini, et omnem consuetudinem et costumas, tam uini quam bladi, et omnium rerum suarum in eadem domo repositarum. Quod ut ratum in perpetuum perseueret sigilli mei munimine presentem cartulam roboraui. Actum anno gratie M° CC° VII°.

## CCVI

### « DE QUADAM CONCORDIA CUM NEPTE MAURICII HOSPITALARII. — BLESIS — DE DOMO NOSTRA BLESENSI (1) »

1208

« Accord fait entre Jean de la Chapelle et sa femme, qui prétendoient que la donation faitte à Marmoutier par Maurice, oncle d'icelle femme n'étoit pas valable, et les religieux de Marmoutier, par lequel ils donnent par dédommagement au plus vivant des deux un muid de méteil, ny du pire ny du meilleur, tiré du grenier de Blois. » (Sommaire inscrit au dos du parchemin.)

Laurentius sancti Launomari, PH. beate Marie Dei gratia abbates, R. prepositus sancti Saluatoris blesensis, omnibus ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Nouerit uniuersitas uestra quod cum Johannes de Capella laicus, litteras domini pape nobis attulisset, ut ei pro uxore sua Bruna, olim nepte Mauricii hospitalarii, de abbate et monachis maioris monasterii,

(1) Titre en parchemin aux arch. de Loir-et-Cher, sceau perdu. — D. Villevieille, Trésor généalogique, art., Vendôme.
(1) La charte était scellée de trois sceaux.

justitiam exhiberemus, eos auctoritate apostolica citauimus et fecimus per procuratorem ante nos comparare. Cumque dictus Johannes proposuisset, pro uxore sua Bruna, dictos monachos habere quedam tenamenta, que fuerant prefati Mauricii, et peteret ea uxori sue, jure hereditario, debere assignari; procuratore monachorum respondente eumdem Mauritium ab adholescentia sua redditum fuisse, et condonatum maioris monasterii, ipsumque dedisse se et sua omnia maiori monasterio, et ipsum nec uxorem, nec liberos unquam habuisse, et ideo omnia que adquisierat merito in jus suum cessisse; nos, quod ad officium nostrum pertinebat agentes, partes hortati sumus ad pacem, et optinuimus communi assensu, ut uxor sepedicti Johannis haberet Blesis, singulis annis, quamdiu viveret, de horreo dictorum monachorum, unum modium hibernagii nec de meliori, nec de pejori, et si Johannes superuixerit, toto tempore uite sue, modium illum percipiet quamdiu uixerit. Sepedictus autem Johannes, et Bruna uxor eius, et filii ipsius, et Comitissa soror Brune, pro bono pacis, omnia super quibus prius mouerant questionem, sepedictis abbati et monachis maioris monasterii in perpetuam elemosinam concesserunt, iustam guarenteiam, si opus fuerit, super predictis, eisdem monachis firmissime portare promittentes. Nos igitur judices delegati, ad petitionem partium, hanc compositionem litteris fecimus annotari, et sigillorum nostrorum testimonio roborari. Actum anno gracie M° CC° octauo, mense maii.

## CCVII

## DE FURNO DE CHOSEIO (1)

1208-1235

« Compromis entre Sulpice d'Amboise, et les religieux de Marmoutier, entre les mains d'un archidiacre, d'un archiprêtre et d'un chanoine de l'église de Tours, pour juger les contestations au sujet du four à ban de Chouzy, du 31 octobre 1208, en parchemin où il parait y avoir eu deux sceaux. » (Invent. des titres de Chouzy, de 1758).

Sulpicius, de Ambrasia dominus, post lites de hoc furno de Choseio, cum G. abbate maioris monasterii, tandem anno 1208, vigilia omnium sanctorum pacificat, et compromittit in certos arbitros, vbj pro sigillo maioris monasterii, representatur vtrinque monachus totus erasus, cum casula, sine mytra, aut baculo, et in

(1) D. Ans. Le Michel, l. c., p. 208. — Titres de Chouzy.




48




51



54



57



58




49




52




55



59



60



50



53



56



61



62

PL. XVIII

circulo vtrinque legitur : sigillum S. Martini maioris monasterii. — Anno autem 1235, renouatum est sigillum, vbi manus extensa in modum benedicentis habetur.

## CCVIII

## DE DECIMA MAGNI CAMPI (1)

1211

Bouchard, le moine, abandonne à Marmoutier les dimes de Grand-Champ.

Ego Johannes, comes Vindocini, notum facio presentibus et futuris, quod cum inter monachos majoris monasterii, et nobilem virum Buschardum, cognomento monachum, contentio verteretur super uniuersa decima magni Campi, ad domum sancti Medardi de jure pertinenti, tandem iidem monachi et dictus Burchardus ad pacem venerugt, in hunc modum. Predictus Buschardus, a viris prudentibus veritatem diligenter inquirens, utrum in predicta decima de jure posset aliquid reclamare, a multis didicit et audivit quod nichil in ea de jure poterat reclamare. Ipse vero aliena sibi, in anime sue periculum, usurpare pertimescens, prestito juramento, firmavit quod in predicta decima nichil de cetero reclamaret, sed eam concessit predictis monachis libere et quiete in perpetuum possidendam, si quid in ea de jure habebat, eisdem in pace dimittens ; uxore et matre sua super his suum prebentibus assensum, et firmiter asserentibus, quod nichil in dicta decima deinceps reclamarent ; et ne super predicta decima contentio valeat iterum suboriri, ego Johannes comes vindocinensis, ad petitionem memorati Buschardi, et tam uxoris sue Margarite, quam matris ipsius Buschardi, presentes litteras feci sigilli mei munimine roborari. Actum anno gratie M° CC° undecimo.

## CCVIII (bis)

## CONFIRMATIO QUICTATIONIS DECIMAE MAGNI CAMPI (2)

Avril 1211

Raignaud, évêque de Chartres, confirme l'abandon de la dime de Grand-Champ.

Raginaldus, Dei gratia Carnotensis episcopus — cum inter

(1) Housseau, VI n° 2304, « Arch. de Marm., S. Medard. — Il y a eu autrefois un sceau. » — Gaignières, 5441² f. 344 : « scel perdu. » — Titres de Saint-Mars-lez-Vendome.

(2) Gaignières, 5441² f. 344 : « Scellé en cire verte, un éuesque, et au contre sceau un éuesque. »

monachos majoris monasterii, et nobilem virum Burchardum, cognomento monachum, contentio verteretur super uniuersa decima magni campi, ad domum sancti Medardi de jure pertinenti, tandem ad pacem conuenerunt. Burcardus firmauit quod supra dictam decimam nichil de cetero reclamaret, sed etiam concessit, vxore sua Margarita, et matre sua Dionisia super hiis prebentibus assensum. — Sigilli nostri munimine — 1211, mense aprilis.

## CCIX

## DE NOA ET BROSSIA DE PEREIO (1)

Hervé de Pray, renonce à toutes ses prétentions sur les biens des religieux du prieuré de Pray. Le comte de Vendôme, confirme cet accord.

Ego Johannes, comes vindocinensis, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod cum inter abbatem ac monachos majoris monasterii ex una parte, ei Herveum de Pereio militem ex altera, diucius contentio haberetur super quapam noa et broscia, sitis inter terras prioratus de Pereio, quæ scilicet Goar, Broscia, Haia monachi vulgaliter (sic) nuncupantur, in quibus idem Herveus medietatem se asserebat habere ; tandem dicti abbas et monachi et predictus Herveus in nostra presentia constituti, super eadem controversia amicabiliter composuerunt in hunc modum. Videlicet predictus Herveus quicquid in predictis noa et broscia habebat vel habere poterat, quictavit omnibus et concessit monachis supradictis pacifice et sine omni calumnia inperpetuum possidendum, promittens, fide interposita, quod adversus eosdem monachos super his non moveret de cetero questionem. Predicti vero monachi et abbas eundem Herveum de omnibus injuriis et damnis, quæ domui de Pereio ab eodem fue[illegible]t erogata, et omnes illius complices, liberaliter in nostra presentia quictaverunt. Hujusmodi vero compositionem laudaverunt, consesserunt et approbaverunt Gauffredus de Pereio, frater ejusdem Hervei, et Matildis mater eorum, et Lucia et Adelisia eorumdem sorores. Quod ut ratum et inconcussum permaneat et ne alteruter partium ab hujusmodi concordia valeat resilire, ego Johannes, comes vindocinensis, ipsam concedens et approbans, pro utraque parte, ad petitionem earum, et Raginaldi de Insula, cujus homo legius est predictus Herveus, manucepi, quod hanc compositionem teneri faciam et inviolabiliter inperpetuum observari.

(1) Housseau VI, nº 2334. « Arch. de MM., *Cartulaire de la Chambrerie.* — Pray, fol. 42 rº. »

In cujus rei robur et memoriam, ad petitionem partium et Raginaldi predicti, presentem cartulam sigilli mei munimine roboravi. Huic autem compositioni interfuerunt Hamelinus vindocinensis et Laurentius Sti Launomari blesensis abbates, Gauffredus archidiaconus turonensis, Gauffredus de Vindocino, Herveus de Bellomonte, Petrus de Pereion. Raginaldus de Insula, Raginaldus de Marcilleio, Guillelmus de Corseraut (?). Guillelmus de sancto Martino, Hugo de Bellomonte, milites, Johannes panetarius Moreiarum, Gregorius tunc temporis prior de Pereio, Raginaldus notarius, Raginaldus cappellanus prior de Lance, Oliverius, *monachi majoris monasterii*, Gauffredus elemosinarius et Nicholaus cappellanus, monachi blesenses, Crispinus prepositus Moreiarum, Tiberius de Lance, et plures alii. Actum apud Vindocinum, anno gratiæ M° CC° duodecimo quinto Kalendas Martii.

## CCX
## ENGAGEMENT DES DIXMES DE BAGNEUX (1)

1213

« Engagement par Guillaume Béchard, aux religieux de Marmoutier, de toutes les dixmes qu'il avoit en la terre de Saint-Martin de Marmoutier, appelée Bagneux, et en toute la paroisse de Tour, tant les premices que la grande dixme, moyennant 60 livres tournois, et leur donne en pure aumone tous les fruits qui proviendront desd. dixmes, pendant le temps qu'ils en jouiront; du 3 avril 1213, auquel est attaché vne ratiffication dudit engagement, par Odon Beschard, frère dudit Guillaume, du même jour, 3 avril 1213. Lequel engagement est fait devant Thibault, comte de Blois, avec un autre acte du même engagement devant l'évêque de Chartres de l'an 1216. »

## CCXI
## DE EXCAMBIO QUARUMDAM VINEARUM IN CENSIVIS S. MARIAE DE BURGO-MEDIO (2)

1215

L'abbé de Bourg-Moyen consent qu'une rente de 12 deniers perçue sur les vignes de Champ-Rubert soit transférée sur les vignes de Vilers.

H..... diuina permissionne sancte Marie de Burgo medio blesensis humilis minister, totusque eiusdem loci conventus, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, perpetuam in Domino salutem. Nouerit uniuersitas vestra quod cum religiosi viri Hugo abbas, et conventus maioris

(1) Original en parchemin, avec deux incisions pour 2 sceaux. (Arch. départ.)

(2) Invent. des titres de Chouzy de 1758.

monasterii, de communi eorum assensu, excambiassent Michaeli Hamelini, suisque heredibus, in perpetuum, vineas suas de Campo Rubert, in quibus ecclesia nostra annuatim percipiebat duodecim denarios censuales, pro vineis dicti Michaelis de Uilers, in quibus ecclesia sancti Launomari blesensis percipiebat sex denarios annuos censuales, nos excambiationem illam ratam habemus et gratam, ita tamen quod nos percipiemus similiter duodecim denarios annuos censuales, in predictis vineis de Uilers, sicuti prius habebamus in vineis de Campo Rubert. Abbas vero et conventus sancti Launomari percipient similiter sex denarios annuos censuales in vineis de Campo Rubert, sicut prius habebant in vineis de Vilers. Ne vero prenominati fratres abbas et conuentus maioris monasterii, super hoc possent in posterum molestari, nos praesentes litteras in testimonium eisdem indulsimus, sigillorum nostrorum impressionibus communitas. Actum sollempniter in capitulo nostro, anno Domini millesimo ducentesimo quinto decimo.

## CCXII

### DE EXCAMBIO QUARUMDAM VINEARUM IN CENSIUIS SANCTI LAUNOMARI ET DE BURGO MEDIO. — BLESIS (1)

1215

Laurent, abbé de Saint-Laumer, consent qu'un cens de six deniers soit transféré des vignes de Vilers sur les vignes de Champ-Rubert.

Laurencius permissionne divina Sancti Launomari blesensis minister humilis, totusque eiusdem loci conventus, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, perpetuam in Domino salutem. Nouerit..... (ut antea)... nos similiter percipiemus sex denarios censuales in predictis vineis de Campo Rubert, sicuti prius habebamus in vineis de Vilers, abbas vero et conventus S. Marie de Burgo medio percipient similiter duodecim denarios annuos censuales in vineis de Vilers sicut prius habebant in vineis de Campo Rubert. Ne uero etc........

(1) Original en parchemin avec deux incisions pour les sceaux (arch. départ.) C'est le même texte que la pièce précédente, nous n'avons donc reproduit que les passages réellement indispensables.

## CCXIII

## CARTA THEOBALDI COMITIS DE CONTENTIONE HAIAE DE DANJOLARIA (1)

1215

Accord avec Symon de Reims à propos de plusieurs hayes sises à Morée.

Ego Theobaldus, Blesis et Clarimontis comes, notum facio omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, quod cum esset contentio inter abbatem et conuentum maioris monasterii ex una parte, et Symonem de Remis militem, ex altera, super haia Daniolaria, sicut diuiditur a haia de Salomonaria, et insuper de Hairon sicut bornatum est. Tandem fuit facta compromissio, de assensu partium, scilicet abbatis et conuentus maioris monasterii, et S. de Remis militis, in dilectos et fideles meos Robertum morehier, et Hugonem de Marcon milites, quod utraque pars hoc, quod dicti milites super hoc dicerent, per legitimam inquisitionem, et per iuramentum bonorum uirorum, concederet penitus et teneret. Ipsi uero facta legitima inquisitione, et facto legitimo iuramento, dixerunt quod haia de Daniolaria remanet quita et libera abbati et conuentuj maioris monasterii, sicut alie haie de Morees, saluo iure meo, et ita de Hairon, sicut bornatum est. Quod ut ratum et stabile permaneat presentem paginam sigilli mei munimine confirmauj. Actum apud Marchesum, anno gracie M° CC° quintodecimo.

## CCXIV

## VENDITIO VINEARUM AURICASAE (1)

1218

« Charte de Thibaud, comte de Blois, par laquelle il paraît que Robert Rescuille, du consentement de sa femme et de ses enfants, vendent au prieur d'Orchaise toutes les vignes qu'ils avoient à Orchèse. » (Sommaire inscrit au dos du titre.)

Ego Theobaldus Blesis et Claromontis comes, omnibus notum facio, quod dilectus et fidelis meus Robertus de Recuilla, laudante

(1) Le *Cartulaire Dunois*, n° CCXXIV, p. 206, contient un extrait de cette charte, d'après le mss. $5441^2$, p. 142. — D. Anselme Lemichel, dans ses extraits des chartes du prieuré de Morée (l. c. page 230) fait la remarque suivante, à l'année 1215 :

« Theobaldus, comes blesensis, et claromontis, confirmat cartam pro prioratu de Moreis, *qui ad panetarii officium ante illa tempora uidetur pertinuisse, et longe postea.* »

Le titre original se trouve dans le carton de Morée, et l'inventaire manuscrit des titres de ce prieuré le cite sous le n° 13. — Etait « scellé en cire blanche, sur lacs de parchemin. » (Gaignières)

(2) Original en parchemin aux Arch. Départ. — Ibid. Copie en papier du XVIIIe siècle. — Mss latin $5441^2$, f. 106. — D. Ans. Lemichel l. c., p. 215.
La charte est scellée d'un sceau en cire verte pendant sur cordons de soie verte, M. de Petigny qui a pu le voir plus intact, dit dans ses manuscrits qu'il portait une couronne de baron. Nous reproduisons dans nos planches le sceau dans son état actuel.

et concedente uxore sua Adelicia, et filiis suis Galerando, Robino, Gileto, Adam et Willelmo, et filiabus suis Margarita, Eustachia, Ysabella, Hodelina, Agnete, Johanna, uendidit priori de Auricasa uineas suas, quas habebat apud Auricasam. Quod ut ratum sit et firmum presentem paginam, ad peticionem dicti Roberti, feci conscribi, et sigilli mei munimine confirmari, et dictam uendicionem garandire manucepi. Actum Firmitate Willenolii, anno gracie M° CC° octauodecimo, mense aprili. Datum per manum Terrici, cancellarii mei.

## CCXV

### DE REMISSIONE PROCURATIONUM ET GISTAE, IN DOMIBUS DE CHAMBON, CHOUZY, AURICASA, ET VILLA BERFAUDI, ET MOREES (1)

Avril 1218

Thibault, comte de Blois et de Clermont, renonce au droit de procuration et de gîte sur les prieurés de Chambon, Chouzy, Orchèze, Villeberfol et Morée.

Ego Theobaldus Blesis et Clarimontis comes, omnibus presentes litteras inspecturis, notum facio quod ego pro remedio anime mee, et antecessorum meorum, assensu et uoluntate Clementie uxoris mee, procurationem et gistum, (al. gistam) que habebam in domo de Chambon, et que habebam in domo de Chozi, et que habebam in domo de Auricasa, et que habebam in domo de Uilla Berfou, (al. Villaberfaudi), et que habebam in domo de Morees, singulis annis, monachis maioris monasterii quitaui in perpetuum, et eos ab his deinceps immunes esse concessi ; verebar etenim plurimum me, et predecessores meos in procurationibus istis multum excessisse. Preterea inhibui ne in grangiis eorum, balliui uel seruientes mej, herbergagium habeant, uel prandium, nisi de uoluntate monachorum. Quod ut ratum sit et stabile presentes feci conscribi litteras et sigilli mei munimine confirmauj. Actum apud Firmitatem Villenolij, anno gratie M° CC° XVIII°, mense aprili. Datum per manum Terrici, cancellarii mei. (2)

(1) Extrait de plusieurs vidimus.

(2) Les comtes de Blois, soulevèrent plus tard de nombreuses contestations, et se livrèrent à de fâcheux excès à propos de ces droits, comme on le verra dans la suite de ce Cartulaire.

## CCXVI

## VIDIMUS EJUSDEM LITTERAE, ET QUARUMDUM CONFIRMATIONUM EJUSDEM (1)

Février 1240

Vidimus de la charte du comte Thibault, de la confirmation du pape Honorius, et des lettres de Gauthier d'Avesnes et de Marguerite, son épouse.

Reuerendo jn Christo patri ac domino A., Dei gratia carnotensium episcopo, subdecanus celerarius et granicapiens beati Martini turonensis, salutem cum reuerentia et honore. Nouerit paternitas vestra nos litteras pie memoriae Theobaldi, quondam comitis blesensis, non cancellatas, non abolitas, non in aliqua parte sui mutatas vidisse, sub hac forma. « Ego Theobaldus..... cancellarii mei (2). » Vidimus et litteras domini Honorii papae confirmatorias de hoc, et litteras domini Gaulterii de Auesnis, quondam comitis Blesis, et litteram dominae Margaritae, uxoris jpsius. Datum apud Turones, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mense februarii. Sigillatum tribus sigillis.

Collatio, etc.

## CCXVII

## CONFIRMATIO EJUSDEM REMISSIONIS AB ALBERICO EPISCOPO CARNOTENSI (3)

1241

Alberic évêque de Chartres, voit et confirme la lettre de Thibault,

Uniuersis — Albericus Dei gratia carnotensis episcopus, salutem Noueritis nos litteras Theobaldi, blesensis comitis et clarimontis — vidisse in hec verba : Ego Theobaldus blesensis et clarimontis comes — assensu Clementie vxoris mee, procurationem et gistum, quem habebam in domo de Chambon, in domo de Chouzi, etc. — monachis majoris monasterii in perpetuum quitaui. — Apud Firmitatem Villenolii, anno Domini 1218, mense aprili. --- Datum anno Domini 1241, mense julii.

(1) Copie en papier du XVIII[e] siècle. Arch. départ.

(2) C'est la pièce précédente.

(3) Mss. latin 5441, f. 471. « scellé en cire brune sur lacs de parchemin,

## CCXVIII

### « QUOD COMES BLESIS ROGAUIT COMMITISSAM VT ASSENTIRET QUITACIONI PROCURATIONUM (1) »

1218

Le comte de Blois prie la comtesse de consentir à l'abandon du droit de procuration.

Karissime domine sue C. comitisse Trecensi palatinae, Th. Blesis et Clarimontis comes, salutem et dilectionem. Nobilitatem uestram de qua magnam reportaui amoris fiduciam et reporto, afectu quanto possum expostulo et exoro, quatinus abbati et monachis maioris monasterii quitacionem illam procuracionum et gistorum, que in suis prioratibus habebam, in quibus uerebar me et antecessores meos plurimum excessisse, sicut in litteris meis continetur, amore Dei confirmare uelitis. Actum Firmitate Uillenolii, anno gratie M° CC° octuauo decimo, mense aprilis.

## CCXIX

### « DE PROCURATIONUM BLESENSIUM QUITACIONE »

« QUOD COMITISSA DE BLESIS RATIFICAT QUITACIONEM PROCURATIONUM, ET « HERBERGAGII SERUIENTUM IN PRIORATIBUS NOSTRIS NOBIS FACTAM A « COMITE BLESENSI PREDECESSORE SUO (2) »

1220

Marguerite, comtesse de Blois, confirme la renonciation au droit de gîte.

Ego Margareta, comitissa blesensis, omnibus ad quos presentes littere peruenerint, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas uestra quod dilectus in Xristo abbas, et conuentus maioris monasterii exhibuerunt mihi litteras predecessoris mei bone memorie Theobaldi, comitis blesensis et clarimontensis sub hac forma : Ego Theobaldus etc..... cancellarii mei (3). Ego uero, cui idem comitatus Blesis iure hereditario pertinebat, considerans predictarum litterarum tenorem, ex pia deuotione predicti comitis, Deo pre oculis habito, processisse, quicquid in predictis litteris continetur, assensu et uoluntate domini mei Galterii de Auesnis, cui eram matrimonialiter copulata, ratum et inconcussum uolui permanere, eas etiam presenti carta, sigilli mei signata, in perpetuum confirmans. Actum anno Domini M° C°C° XX° mense maio, datum per manum Raimundi de Rioy.

(1) Original en parchemin aux Arch. Départ de Loir-et-Cher. — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 201.

(2) L'original en parchemin avait deux sceaux sur cordons. (Arch. départ.)

(3) Voir le texte plus haut, n° CCXV.

## CCXX

## CONFIRMATIO GALTERII DE AVESNIS (1)

Mai 1220

Pareille confirmation par Gauthier d'Avesnes.

Ego Galterius de Auesnis, comes blesensis, omnibus ad quos presentes littere peruenerint, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas uestra, quod dilectus in Xristo abbas, et conuentus maioris monasterii exibuerunt mihi litteras predecessoris mei bone memorie Theobaldi comitis blesensis et clarimontensis, sub hac forma : Ego Theobaldus etc... cancellarii mei (2). Ego vero, considerans predictarum litterarum tenorem ex pia deuotione predicti comitis, Deo pre oculis habito, processisse, quidquid in predictis litteris continetur, assensu et uoluntate Margarete, uxoris mee comitisse Blesis, ad quam comitatus Blesis iure hereditario pertinebat et per eam ad me, interueniente matrimonio, deuenerat, ratum et inconcussum uolui permanere, eas etiam presenti carta, sigilli mei signata, in perpetuum confirmans. Actum anno Domini 1220, mense maio. Datum per manum Iohannis capellani.

## CCXXI

## CONFIRMATIO DONATIONIS DOMUS ET PLATEAE APUD VINDOCINUM — « DE LAVARDINO » (3)

1216

Jean III, comte de Vendôme, confirme le don et l'affranchissement de la maison de Jean de la Grange, située à Vendôme, que son père, Bouchard, avait accordés aux moines des Lavardin. Ceux-ci par reconnaissance lui avaient remis tous les dommages qu'ils en avaient soufferts, et fondé son anniversaire solennel.

Ego Iohannes, comes Vindocinensis, filius bone memorie Bocardi comitis, omnibus presentem paginam inspecturis, salutem. Nouerint

(1) L'original en parchemin avait un sceau sur tresses de soye rouge (arch dép.) — D. Ansel. Lemichel, l. c, p. 200, cite ces deux pièces : « Quod Galterus de Avesnis comes blesensis ratificat quitacionem procurationis et gistae in quibusdam prioratibus nostris, quam fecerat nobis Theobaldus predecessor ipsius. »

(2) Voir la charte CCXV.

(3) Titre en parchemin aux arch. de Loir-et-Cher. — D. Villevielle, art. Vendôme. — D. Ans. Lemichel l. c., p. 478, cite cette charte et la fait suivre de la réflexion suivante : « Porro in uno exemplari carte predicte Johannes confirmat illam satisfactionem, vbj sigillum adhuc eius restat ; notatur facta anno 1° adepti comitatus, post mortem sui avunculi et predecessoris Burcardi. Ex his nescio quid inferre debeam, cum in vna confirmatione eiusdem facti Iohannes comes Burcardum comitem patrem suum, in altera avunculum dicat, et ambae appensa adhuc habent sigilla, et iisdem ambe verbis in reliquo constent. » La question est facile à résoudre. La première charte était de Jean II (1202-1207), neveu de Bouchard, et celle-ci de Jean III (1207-1218), fils du même Bouchard.

vniuersi quod Bocardus, pater noster, comes Vindocinensis, diuina pietate commonitus et pro redemptione anime sue, necnon et pro recompensatione dampnorum, que preteritis retro temporibus ecclesie beati Martini de Lauardino intulerat, dicte ecclesie monachis, in terra sua quam habent apud Vindocinum, quamdam domum et plateam Iohannis de Grangia (1) in perpetuum habere concessit. Ita quod dicta domus et platea, cum burgense ibidem existente, ab omnibus consuetudinibus et exactionibus quorumlibet terrenorum dominorum, libere maneant et quiete. Eo videlicet cauto quod burgensis ille, qui in dicta domo et platea manebit, et dictam habebit libertatem, de propria dictorum monachorum terra, quam habent Vindocini, et non de alia assumetur. Monachi uero prefate domus, cum assensu et uoluntate abbatis et capituli maioris monasterii, ad quod domus pertinet sepedicta, omnium dampnorum ipsis monachis et multociens dicte domui ab ipso illatorum, pro amore Dei, plenarie ei ueniam impendentes, predicto Bocardo benignius indulserunt, quod, singulis annis, suum et domine Agathes uxoris sue, et matris nostre, anniuersarium, nec non et antecessorum et successorum suorum, statuta die sollempniter celebrabunt, et eadem die duos pauperes honorifice, pro redemptione animarum ipsorum procurabunt. Nos uero eiusdem elemosine participes fieri uolentes, predictam elemosinam, sicut superius annotatur, eisdem ecclesie et monachis karitative indulsimus in perpetuum possidendam. Quod ut ratum permaneat et stabile perseueret, presentes litteras eisdem indulsimus habendas, sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno gratie M° CC° sexto decimo, mense nouembri, istis presentibus : Gileberto priore eiusdem domus, Siluestro monacho, Fulcone de Douren, Thoma rocher, Matheo de Ualenrent, Herueo clerico, W. de Bello quercu, cum pluribus aliis.

(1) Voir les chartes 181, 182 et 183.

# CCXXII

## DE DECIMA DE LONGA ULMO. — « DE UILLA BERFOLDI » (1).

1217

Pour éviter toutes nouvelles discussions, l'abbaye de Saint-Laumer et MM. se partagent la dîme de Lancôme.

Vniuersis Xristi fidelibus presentes litteras inspecturis uel audituris, frater Laurentius, diuina permissione sancti Launomari Blesis minister humilis, totusque eiusdem loci conuentus, perpetuam in Domino salutem. Nouerit universitas uestra quod cum inter nos ex una parte, ac religiosos uiros dilectos nostros in Xristo, scilicet Hugonem, tunc temporis abbatem maioris monasterii et conuentum eiusdem loci ex alia, super jure et participatione decime de Longua-Vlmo, controuersia uerteretur, tandem post multas altercationes, mediantibus bonis viris, in hunc modum sopita est, videlicet quod in omni terra ad dexteram partem sita, sicut itur de villa, que dicitur Muro-cincta ad campum Rouson, et de Campo Rouson ad crucem defuncti Auberti, et de cruce illa ad crucem Guidonis de Longua-Vlmo, et de cruce illa ad domos culturarum, et de domibus illis recto itinere ad Vilatart, sicut via donat, totam decimam quam habebamus in illa parte dextera, sicut dictum est, predictis abbati et fratribus maioris monasterii, liberam et quietam in perpetuum quitauimus, pacifice possidendam. Ipsi uero aliam decimam, quam in parte sinistra, in participatione habebant nobiscum, liberam nobis in perpetuum quitauerunt pariter et immunem. In cuius rei memoriam pariter et munimen, litteras nostras sigillorum nostrorum impressionibus roboratas eisdem indulsimus, ita tamen quod litteras eorumdem sigillorum suorum testimonio roboratas ab ipsis in forma recepimus supradicta. Actum anno Domini M° CC° XVII°.

(1) La charte était scellée de deux sceaux en cire blanche sur lacs de parchemin. — Orginal aux *Archives de Loir-et-Cher*.— Gaignières, mss. 5441 [1], fol. 424, donne la reproduction du sceau de Laurent, abbé de Saint-Laumer. — Dom Ans. Lemichel, l. c., pag 212.

## CCXXIII

## DE CORNAGIO SEMITARII (1)

1220

Jean, comte de Vendôme, avoue que le Sentier ne lui doit point le droit de cornage (Redevance en blé pour les bêtes à cornes. — Ducange )

Cum ego Johannes comes vindocinensis et dominus Montis-aurei, mala quorumdam suggestione ab hominibus abbatis et conuentus maioris monasterii, ad prioratum eorum de Semitario pertinentibus, cornagium indebite postulassem, quod ipsi prout debebant, michi constantissime negaverunt, inquisita postmodum et cognita super hoc plenius veritate, timens ne occasione hujus postulationis, non sine animæ meæ dispendio, aliquod posset eis prejudicium generari tam presentibus quam futuris presentem cartam inspicientibus notum facere dignum duxi, quod ego injuste illud cornagium postulavi, nec ego, nec successores mei aliquod jus habemus in eo repetendo aliquatenus vel habendo, concedens firmiter et fideliter promittens quod illud de cetero nullatenus postulabo, nec eis propter hoc aliquam inferri molestiam sustinebo. In memoriam hujus rei presentem cartam faciens sigilli mei munimine roboravi. Actum anno gratiae millesimo ducentesimo vicesimo, mense julio.

## CCXXIV

## « DE EMPTIONE FACTA DE PRATIS PHILIPPI DE PUTEOLIS. — DE MOREIS, CARNOTENSIS » (2)

1222

Ursion de Meslai, seigneur de Fréteval, consent à la vente faite à Marmoutier par Philippe de Puteaux, de deux prés, l'un auprès des moulins de Villeprovert, et l'autre auprès de Saint-Cyr. — Morée.

Ego Vrsio de Mellaio, dominus Fracteuallis, vniuersis presentes litteras inspecturis, notum facio quod Philippus de Puteolis miles, et homo meus, in mea presentia constitutus apud Moreias,

(1) Housseau VI, 2496. « Archives de Marmoutier, *Cartulaire de la Chambrerie*. — Le Sentier, fol. 20 r°. » D. Ans. Lemichel. Hist. mss. de Marm., t. III, p. 78. Bibl. de Tours. Il se plaint que le comte de Vendôme n'expose pas « quid per cornagium intelligat.»

(2) L'original en parchemin était scellé. — Cf. D. Ans. Lemichel., l. c., p. 227 — Plus loin, page 230, le savant bénédictin écrit la note suivante, à cette même date, 1222 : « Pro aqua Lidi fluuii, est alia anterior pro eadem, sed Vrsionis de Mellaio, domini Fractevallis, vbi Animam, vxorem suam dicit consensisse, et liberos suos Philippum, Margaritam, Aalis, 1222. Scutum sunt auiculae in capite, vna in cuspide, et singulae ex vtraque parte, omnes dextram versae. » (Voir les sceaux des seigneurs de Fréteval sur mes planches.)

uendidit abbati et conuentui majoris monasterii, quoddam pratum contiguum fluuio Lidi supra molendina de Villa presbiteri situm, quod de me tenebat, et aliud pratum quod est apud sanctum Cyricum quodque de eisdem abbate et conuentu tenebat, viginti quinque libras turonensis monete. Eremburgi vxore sua, Petro, Girardo, Philippo, Jaquelino, Godehaldi, Jacquelina, liberis et heredibus suis, hanc uenditionem uolentibus et concedentibus. Ego uero utpote dominus feodi, ad petitionem dicti militis Philippi, manucepi venditionem istam guarantizare. Et quicquid juris et feodi in eisdem pratis habebam, predictis abbati et conuentui pro remedio anime mee et antecessorum meorum in perpetuam elemosinam quitauj. Quod ut ratum in perpetuum haberetur, presentes litteras, ad peticionem prefati Philippi conscribi feci, et sigilli mei *munimine roborari.* Actum *anno gratie* M° CC° XXII°, menše maio.

## CCXXIV (bis)

## DE OBSEQUIIS PRESTITIS DOMINO FRACTEVALLIS (1)

1217-1220

Hommages rendus au seigneur de Fréteval par les religieux.

Vrsio de Mellaio, dominus Fractae vallis, litteras dat, quibus fatetur homines monachorum sibi iis annis obsequia debita prestitisse.

## CCXXV

## « DE PRATIS DE VILLA PRESBITERI ET DE SANCTO CIRICO. – DE MOREIS » (2)

1222

Eremburge, femme de Philippe de Puteaux, et Pierre, son fils ainé, consentent à la vente faite par leur père.

Vniuersis et singulis tam modernis quam posteris presentes inspecturis litteras, Nicolaus Vindocinensis decanus, salutem in Domino. Noueritis quod Eremburgis, vxor Philippi de Puteolis militis in nostra conueniens et constituta presentia, voluntate spon-

(1) D. Ans. Lemichel, l. c, p. 206.

(2) Titre en parchemin aux archives de Loir-et-Cher. — Le *Cartul. Dunois* n° CCXXXI, p. 213, a publié un extrait de cette charte, d'après le mss. 5441² p. 145.

tanea, non coacta, ab omni dote, ab omni jure dotis, quam in pratis de Villa presbiteri et de Sancto Cirico reclamabat, et se habere dicebat, que iamdictus Philippus de Puteolis miles, eiusdem Erenburgis maritus, viris religiosis abbati, conuentui maioris monasterii uendidit, in nostra presentia se ipsam dimisit, eamque penitus quittauit, concedens etiam bona fide prata iamdicta abbati et conuentui maioris monasterii quiete et pacifice inperpetuum habenda et perhenniter possidenda. Postea uero ipsa Erenburgis, vxor prefati Philippi, iurauit super sacrosancta euangelia, quod in pratis predictis, nec pro dote, nec pro ratione dotis aliquid de cetero reclamabit, nec alius siue alia per mandatum eius. Simili modo Petrus sepefati Philippi primogenitus iurauit, quod in uenditione facta a Philippo, patre eius, nichil deinceps reclamaret, sed bona fide eam fideliter firmiterque, omni posse suo, ipse conseruaret. Iterum ut ipsa Eremburgis prenotata vxor dicti Philippi militis, pro venditione ista in sua dote nullum dampnum, nullum aggrauamen haberet vel sustineret, sed ut ipsa hanc venditionem uellet benigniter et concederet legitime, ipse Philippus miles iamdictus tantum dotis quantum ipsa Erenburgis vxor eius in pratis pretaxatis reclamabat, et se habere dicebat, in terra sua de Corcellis eidem Eremburgi assignauit, pro dote prius reclamata. Ipsa autem hoc totum uoluit et gratanter pro dote recepit. Voluerunt etiam et concesserunt uenditionem istam eorumdem heredes Girardus, Jaquelinus, Philippus, Eremburgis, Godealdis. Nos autem ad peticionem et preces sepefate Eremburgis dicti Philippi de Puteolis vxoris et heredum eorum, presentes litteras viris religiosis abbati et conuentui maioris monasterii tradidimus sigilli nostri impressione roboratas. Actum anno incarnationis dominice M° CC° vicesimo secundo, mense marcij.

## CCXXVI

## ACCORD AVEC GODEFROY, SEIGNEUR DE BURY (1)

1222

« Accord par lequel les religieux de Marmoutier donnent à Gaudefroy, seigneur de Bury, vne portion du bois de Saint-Martin, dépendant du prieuré de Chousy, avec la terre vers sa maison, pour être quitte du droit d'usages, qu'il prétendoit sur led. bois, du mois d'octobre 1222, en parchemin, où il paroit avoir eu vn sceau. »

(1) Invent. de Chouzy, de 1758.

## CCXXVII

## DE CORVEIS APUD S. HILÀRIUM (1)

1223

Vrsio (de Mellaio, dominus Fractevallis) 1223 reperitur transgressive, pro corveis, homines monachorum, apud S. Hilarium, prope Fractamvallem.

## CCXXVIII

## DE TERRAGIO VILLEBONIS (2)

1224

Galterus, Carnotensis episcopus, Gaufridi de Montrichard donacionem de terragio apud Villebonem (approbat) anno 1224.

## CCXXIX

## PRIEURÉ DE CHOUZY

1227 et 1246

I. — Permission donnée par Jehan de Varry, seigneur de Groix, au prieur de Chouzy, de faire clore sa maison de murs, du côté de la Loire, aussi bien que du côté de la paroisse, du mois d'août 1227. En parchemin, scellé d'un sceau (3).

II. — Reconnaissance du curé de Chousy, que la communication qu'il a chez les religieux de Chousy pour aller à la rivière, ne luy a été donnée que pendant sa vie, et non à ses successeurs. Du mois de septembre 1246. En parchemin, scellé d'un sceau (4).

## CCXXX

## DE RUPE SANCTI MEDARDI (5)

1229

Bouchard de Roupenon abandonne à Marmoutier la Roche de Saint-Médard, près Vendôme.

Uniuersis — frater J. abbas B. Marie de Burgo medio, et ejusdem

(1) Dom. Ans. Lemichel, l. c., p. 207. Titres de Fréteval.

(2) D. Ans. Lemichel, p. 207. Titres de Chouzy.

(3-4) Inventaire des titres de Chouzy, de 1758.

(5) Gaignières 5441², f. 344. « Scel rompu. » Titres de Saint-Médard.

loci, et sancti Johannis de Grauia priores, judices a domino papa delegati, salutem in Domino. — Cum contentio uerteretur coram nobis auctoritate apostolica inter abbatem et conuentum majoris monasterii, et Burchardum de Roupenon militem, super hoc quod dicebant, quod spoliauerat eos quadam rupe, sita apud Vindocinum, que uocatur rupes sancti Medardi, et nos propter contumaciam dicti militis, dictos abbatem et conuentum in possessionem induximus, elapso anno. — Partes composuerunt coram nobis, dictus Burchardus assensu matris sue, et vxoris sue, et fratrum suorum, dedit et concessit in elemosinam ecclesie majoris monasterii, quidquid juris habebat in predicta rupe — 1229 prima die maii.

## CCXXXI

## DE QUADAM PLATEA APUD VACHERIAM, ET DE DECIMA DE CAMPO NIGRO (1)

1232

Marmoutier acquiert de l'abbaye de Bourg-Moyen, l'emplacement d'une grange auprès de la Vacherie, et s'engage à payer une rente de six muids de blé. — Le prieur de Villeberfol doit quatre muids de froment en échange de la dîme de Champ-Noir. — Greneterie, Saint-Léonard.

Universis presentes litteras inspecturis, fratres capituli maioris monasterii, et frater Garinus, permissione diuina eorum minister indignus, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra quod viri religiosi abbas et conuentus beate Marie de Burgo medio blesensi, concesserunt nobis quandam plateam, sitam juxta culturam nostram, contiguam grangie nostre de Vacheria, quam dicebant communem esse, ad grangiam faciendam, et omnes grossas decimas, quas habebant communes nobiscum, in territorio de Vacheria, in parrochia sancti Leonardi, pro sex modiis bladi annuatim reddendis ipsis a nobis, in grangia nostra de Vacheria, infra festum omnium sanctorum, videlicet pro tribus modiis et dimidio hybernagii, et duobus modiis et dimidio auene, ad mensuram de Marchesnoir. Ita quod bailliuus dicte grangie faciet ipsis fieri juramentum, a custode euisdem grangie, cum ex parte eorum fuerit requisitus, quod de meliori blado de grangia post sementem culture, quam in presenti ibi possidemus, dictos sex modios eis reddet. Si vero aliquo casu contingeret quod, aliquo anno, in dicta grangia, dicti sex modii non

(1) Copie en parchemin aux Archives de Loir-et-Cher. — D. Anselme Lemichel, mss. 1381, p. 203, résume la première partie de cette charte.

possent inveniri, nos aliunde perquirere, et in eadem grangia eis reddere prefatos sex modios teneremur. Prior de Villaberfodi tenetur ipsis reddere annuatim quatuor modios frumenti, ad mensuram de Bozon blesensi, pro excambio decime de Campo nigro, quos antea ipsis reddere tenebatur. Si vero contingeret ipsos habere alias litteras a nobis, uel ab alio supra dictis quatuor modiis frumenti antea confectas, ipsi contra nos, uel contra dictum priorem, eis vti, quantum ad dictos quatuor modios, non valebunt, nec contra omnia supradicta poterunt aliquid reclamare. Actum anno gratie M° CC° XXX° II° mense februario.

## CCXXXII

### « DE DONO GILONIS MILONIS CANONICI BEATI MARTINI TURONENSIS » (1)

Mai 1233

Donation par Giles de Milon, chanoine de St-Martin de Tours, de trois arpents de vigne, près St-Cyr, d un arpent de pré, près Lavaré, de cinq quartiers de vigne, près Orchaize, et autres rentes, pour avoir un anniversaire après sa mort. — Garin, abbé de Marmoutier, accepte ce legs.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Johannes subdecanus, magister Radulphus Grangerius, Benedictus Milonis et Petrus de Azaio, canonici beati Martini turonensis, salutem in Domino. Nouerint uniuersi quod Gilo Milonis canonicus beati Martini turonensis, ob salutem anime sue legauit religiosis uiris abbati et conuentui maioris monasterii turonensis tria arpenta uinearum, sita apud sanctum Ciricum, in censiua dictorum abbatis et conuentus, iuxta locum ubi eorum uinagium recipitur, et vnum arpentum prati situm apud Lauare (al : Lauareum) iuxta molendinum Botart, et quinque quarteria uinearum sita in censiua apud Auricasam. Legauit etiam predictus G. conuentui supradicto uiginti solidos censuales, quos habet in censiua de Parcay (al. de Parceio), super tenamentum Stephani de Champeigne in festo beati Michaelis annuatim persoluendos apud maius monasterium, ad mensuram de Ponte, pro dicti G. post eius decessum anniuersario singulis annis celebrando. Legauit insuper sepedictus G. ecclesie maioris monasterii omnes acquisitiones, quas fecit uel faciet in censiuis et in feodis ad ipsam ecclesiam pertinentibus, exceptis illis quos fecit uel faciet apud Dunum

(1) Archives départ. d'Indre-et-Loire, H. 293.

(al : Castridunum), quas sibit detinet pro suis parentibus, qui in illis partibus commorantur. Omnia autem supradicta ipse G. quamdiu uixerit possidebit. Post decessum uero eiusdem, dicti abbas et conuentus hec omnia quiete et libere in perpetuum possidebunt. Quod ut ratum et stabile permaneat ad petitionem dicti G., qui litteris presentibus sigillum suum apposuit, eisdem sigilla nostra duximus apponenda. Actum anno gratie millesimo ducentesimo trigesimo tercio, mense maio.

Uniuersis — fratres capituli MM. et fr. Garinus..... eorum minister humilis..... Nouerint uniuersi quod dilectus et familiaris noster Gilo Milonis.... legauit nobis in puram et perpetuam elemosinam etc. [Ut antea mutatis mutandis].... Quod ut ratum et stabile permaneat.... sigilla nostra duximus apponenda. Actum anno gratie M. CC. XXXIII (1).

## CCXXXIII

## DE USAGIO LIGNI AD FURNUM CHOSIACI

1234, 1235, 1238

Willelmus de Ambaziaco, canonicus quondam, inquit, Carnotensis, dedit vsagium ligni ad furnum bannalem calefaciendum, anno 1234. Et Dionysia eius uxor, domina de Azaio, super flumen Cari, anno 1235 confirmat.

Scutum Willelmi est ⁂ — Iohannes de Berreia dominus, nepos Willelmi, confirmat donationem, anno 1238. (2)

« Donation par Guillaume d'Amboise, chanoine de Chartres, à Guillaume Bichot (sans doute prieur?), de son four de Chousy, son rouage, et son pressoir, et aussi l'vsage de rottée dans le bois de Raatam. Et ce pour le récompenser des services qu'il luy avoit rendus, et à la charge de lui faire hommage. Du mois d'aoust 1234; en parchemin, où il paroit y avoir eu vn sceau, avec trois coppies en papier, dont deux sont collationnées. Ensemble quatre autres coppies collationnées d'une ratiffication, en papier, et l'original en parchemin, par Jean de Berreid, de la donation cy dessus, de l'an 1238. Le tout attaché avec vne autre ratiffication en parchemin, scellé d'vn sceau, de 1235, par Denise, dame d'Azay » (3).

(1) Ibid. H. 276.

(2) D. Ans. Lemichel, l. c., p. 208. — Titres de Chousy.

(3) Invent. des titres de Chouzy, de 1758.

# CCXXXIV

## DE EXCLUSA DE BUXEO ET PISCATIONE (1)

### Vers 1233 — ? — (2)

« Vente faite par Aremburge de Conamp et Martin, son mary, d'une écluse et pêcherie sur l'étang de Buxes pour le prix de 12 livres 10s ; et 40s à Raimond de Uienne pour son fief, et 2 sols de cens à la Saint-Martin d'hyver. » (Sommaire inscrit au dos du Vidimus de 1442.)

AREMBURGIS de Conempno, et Martinus uir eius, omnes que filii sui uendiderunt monachis sancti Martini maioris monasterii exclusam de Buxeo, omnemque stagni piscationem tali tenore, ut nunquam molendinus a monachis, neque ab ipsis uenditoribus amplius ibi fieret, inde accipientes XIIcim libras et X solidos denariorum, et modium frumenti, unamque suem pregnantem. Dederunt etiam Raimundo de Uienna et uxori eius XLta solidos, quia est de fisco eius, tali pactione ut si quis unquam hanc uenditionem calumpniauerit, horum omnium predictorum defensione promptissime excludatur. Huius autem conuentionis sunt testes, ipse predictus Martinus cum uxore sua, et filius ; et quia filii libenter annuerent, habuit unusquisque XIIcim denarios Et est adhuc testis Johannes, Rainerius, Maine-

(1) Titre en parchemin aux archives de Loir-et-Cher. — Vidimus du 13 août 1442. « passé par Olivier Sainton, garde du scel royal à Tours. »

(2) Si l'on compare cette charte à la suivante, il est facile de se convaincre qu'elles sont de la même époque. Or, la charte CCXXXV porte la date de 1233 écrite en toutes lettres. Cette date cependant nous paraît plus que douteuse :

a) L'écriture de la charte CCXXXIV est évidemment de la fin du XIe siècle, ou du commencement du XIIe ; la suivante, au contraire, est sans aucun doute du XIIIe siècle, mais pourrait bien n'être qu'une copie.

b) Les témoins de l'un et l'autre document se retrouvent à la fin du XIe siècle et au commencement du XIIe. Prenons pour exemple ceux qui ne font aucun doute.

*Raimundus de Vienna* apparaît dans les nos LXXIX (vers 1070), CXVIII (1104) ; *Raimundus de Vigenna*, qui peut s'identifier avec lui, est témoin dans les nos LXXIV (1097) et CXXVII (1108), et dans le *Cartulaire Dunois*, nos LXXIX, LXXVII, CLXI (1104), et CXLV (1092)

*Theodoricus de Vienna* est inscrit dans le no CXVIII (1104) ; nous pouvons l'identifier avec *Theodericus de Vigenna*, que nous voyons dans le no CXXVII (1108), et dans le *Cartulaire Dunois*, nos LXXVI (1104) et CXLV (1092)

*Martinus de Vindocino* est témoin dans les chartes LVIII et LXVII.

*Radulfus de Monte Tealdi*, no LXVII.

*Otbertus ternerius* donne le diplôme LXIX (1095), et est *témoin au* no LXXIX. Aremburge elle-même pourrait bien être celle qui est qualifiée « mater Girardi de Conomao » dans le no CXVIII. et dans le *Cartulaire Dunois*, no CLXI (1104).

Il nous semble donc très probable, sinon certain, que la date de ces deux notices doit être remontée au moins d'un siècle. Le copiste du no CCXXXV, au XIIIe siècle, par une distraction facile à concevoir, aura laissé glisser de sa plume le mot *ducentesimo*, qu'il écrivait chaque jour, au lieu de *centesimo* qui se trouvait dans l'original. Cette copie d'ailleurs est loin d'être correcte

rius, Mainardus, et Walterius, et Mainardus, filius Senegonis, Durandus furnerius Johannes rufus, et Hermenaldus et Willelmus, et Haericus sacerdos, Raimaudus faber, et Arnulfus filius suus. Sunt et alii testes : Stephanus pictauensis, et Rainaldus frater suus, et Stephanus cellararius, et Girardus filius Ermentrudis, et Fulcherius rabodus. Gozfredus bercarius et Hernaldus, Americus et Ascelinus, Martinus dunellus, et Alfredus filius Hildeberti, Ingelbertus et Martinus molendinarius, et Martinus famulus et Bernardus de Riuaria, et Rainaldus frater eius. Odo monachus, Rainaldus monachus, Constantinus cellararius, Johannes famulus, Ebrardus, Iuo famulus, Walterus bergarius.

Proferantur et huius rei alii testes : Raimundus de Uiennia, cum uxore sua Sezilia, et filio Warnaldo, Teodoricus de Uienna, Radulfus de monte Teaudi, Teodericus de Uaziaco, et filius suus Paganus, Archengerius, Teduinus, Otbertus ternerius, Martinus de Uindocino, famulus monachi. Expleuimus scribendo breuiter huius rationis cursum, sicut in hac continetur paginola, sed tamen unum quod obiuiscendo intermisimus, ad memoriam reducamus. Uolumus notum fieri omnibus tam futuris quam presentibus, quatenus de eadem exclusa iam superius pretaxata reddetur a monachis census scilicet duorum solidorum, per unumquemque annum, ad hiemalem beatissimi Martini sollempnitatem.

## CCXXXV

## DE EXCLUSA DE VAUSELIS, ET PISCATIONE (1)

1233 — ? — (2)

Aremburge de Conan et Martin son époux vendent à MM. l'écluse de Vauseles et ses dépendances, pour 23 livres 10 s.

Aremburgis de Conempno, et Martinus vir eius, omnesque filii sui, vendiderunt monachis sancti Martini maioris monasterii, exclusam de Vauselis, omnemque estagium, piscationem, cum terris et prata adjacentis, quae sunt circa tres modiatas ex parte vento australi, vel blasis (3) suis partinenciis (sic), tali tenore, vt nunquam molendinum ab ipsis venditoribus amplius ibi fieret. Inde accipientes centum viginti tres libras et decem solidos denariorum, et

(1) Titre en parchemin aux Archives départ. de L.-et-Ch.

(2) Voir la note de la charte précédente.

(3) Blasum, mesure agraire, Cf. Ducange. La lecture de ce mot est incertaine.

modium frumenti, unamque suam (sic pour suem) pregnantem. Dederunt etiam Raimundo de Vienna, et uxori eius sexaginta solidos, quia est de fisco eius, tali paction ut si quis unquam uendicionem hanc calumpniauerit, horum omnium praedictorum defensione promptissime excludatur. Acta fuerunt hec in monasterio Sancti Martini maioris monasterii, per me Mainardus mainerius notarius regis, anno ab incarnatione Domini milesimo ducentesimo tricesimo tercio, die secunda mensis augusti. Huius autem conuentionis sunt testes ipse predictus Martinus, cum uxore sua, et filiis. Et quia filii libenter annuerent, habuit unusquisque duodecim denarios. Et est adhuc testis : Johannes, Rainerius, Mainerius, Mainardus, Walterius, Mainardus filius Senegonis, Durandus furnerius, Johannes rufus, Hermenaldus et Willelmus, et Haericus sacerdos, Raimaudus faber, et Arnulfus filius suus. Sunt et alii testes : Stephanus pictauensis, et Rainaldus frater suus, Stephanus cellerarius, et Girardus filius Ermentrudis, et Fulcherius, Rabodus, Gozfredus, Bercarius, et Hernaldus, Americus, et Ascelinus, Martinus dunellus, et Alfredrus filius Hildeberti, Ingelbertus et Martinus molendinarius et Martinus famulus, et Bernardus de Riuaria, et Rainaldus frater eius, Odo monachus, Rainaldus monacus, Constantinus cellararius, Johannes famulus, Ebrardus, Iuo famulus, Walterius bergarius. Proferantur et huius rei testes alii : Raimondus de Vienna cum uxore sua, et filio Warnaldo, Theodericus de Uienna, Radulfus de monte Teaudi, Theodericus de Vasiaco, et filius suus Paganus, Archemgerius, Teduinus, Osbertus ternerius, Martinus de Uindocino famulus monachi. Expleuimus scribendo breuiter huius rationis cursum, sicut in hac continetur paginola, sed tamen unum quod obliuiscendo intermisimus ad memoriam reducamus. Volumus notum fieri tam futuris quam presentibus, quatenus de eadem exclusa, iam superius pretaxata reddatur a monachis, dicto Raimundo de Uienna, census scilicet duo solidos per unumquemque annum, ad hiemalem beatissimi Martini sollemnitatem Mainardus Mainerius.

## CCXXXVI

### « COMPROMISSIO FACTA INTER NOS ET ABBATEM SANCTI LAUNOMARI SUPER TERRIS SITIS INTER BROLIUM ET NIOCHAS (1) »

1235

Compromis entre St-Laumer et Marmoutier, par lequel les religieux s'engagent à recevoir le jugement qui sera prononcé par le juge arbitre dans le différend survenu à l'occasion des terres du Breuil et de Nioches.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Milo dictus abbas, et conuentus sancti Launomari Blesis, salutem in Domino. Nouerint vniuersi quod cum contentio uerteretur inter nos ex una parte, et religiosos uiros abbatem et conuentum maioris monasterii ex altera, super terris sitis inter Brolium et Niochas, mediante bonorum uirorum consilio, tam nos quam predicti abbas et conuentus, super dicta contentione compromisimus in religiosos uiros Robertum, priorem de Campeniaco, et Oliuerium bauilum maioris monasterii, bona fide promittentes hinc inde, quod eorum dictum vel arbitrium supra dictam contentionem, ratum habebimus et tenebimus inconcusse. Ita tamen quod si alter dictorum arbitrorum, corporali infirmitate detentus, uel alia causa rationabili prepeditus, ad hoc non posset sicut superius dictum est interesse, nos loco nostri si deesset, nominauimus fratrem Garinum hostelarium nostrum, qui in exequendo dicto negocio eamdem potestatem haberet, quam prior supradictus ; additum est etiam quod si illi duo in terminanda tali contentione non poterunt concordare, ipsi virum religiosum abbatem vindocinensem, qui de communi assensu nostro electus est, ad hoc requirerent et vocabunt, ad terminandum negocium supradictum ; quod si idem abbas vindocinensis dictum in se negocium nollet suscipere, uel non posset, alius de communi assensu protinus eligeretur, in ipso negocio modo simili processurus, et nos hinc inde tenere firmiter et obseruare tenebimus quicquid, supra dictam querelam, per illos tres, uel dictum abbatem, uel alium, qui electus fuerit, cum eorum altero, pace uel iudicio fuerit ordinatum. Vallatum est insuper dictum arbitrium pena quinquaginta marcharum argenti soluenda a parte, quae ab arbitrio resiliret, parti arbitrium obseruanti. In cuius rei memoriam et munimen presentes litteras sigillorum nostrorum appensionibus duximus roborandas. Datum anno Domini M° CC° XXX° quinto, mense maio.

(1) L'original en parchemin était scellé de deux sceaux ( Arch. départ.).

## CCXXXVII

## COMPROMISSUM DE IUDICIBUS, PRO CONTROVERSIA INTER DOMINUM FRACTE VALLIS ET MM. — DE MOREIS (1).

1235

Ursion de Meslai, seigneur de Fréteval, et les religieux de Marmoutier choisissent des arbitres et promettent de se conformer à leur sentence, pour les moulins de Villeprovert et les pêcheries du Loir.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Vrsio de Melleio, dominus de Fractaualle, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra quod cum uerteretur controuersia inter me ex vna parte, et religiosos viros abbatem et conuentum maioris monasterii ex altera, super rebus contentis in libello, mihi a prefatis abbate et conuentu perrecto, coram uenerabilibus viris abbate et priore beate Marie de Cagia, et officiali curie meldensis, a domino papa iudice delegato. Tandem post multas altercationes compromisum est, ex parte mea, in religiosum virum abbatem beatae Mariae Magdalenae de Castriduno, et ex parte dictorum abbatis et conuentus, in magistrum Guillelmum de Faieto [*al.* Guillelmum de Faz, archidiaconum Transligerensem], canonicum turonensem, ita quod si prefati arbitri in vnum dictum, quod absit, concordare non possint, tam a me quam a prefatis abbate, et conuentu, venerabilis pater episcopus carnotensis tercius est electus, et tunc stabit dictum duorum (quod), siue tercio arbitrio, siue altera parte absentibus, fuerit promulgatum, pena mille librarum turonensium ab utraque parte apposita, et ab illa parte persoluenda, quae a dicto trium uel duorum arbitrorum resiliret alteri parti prefatum dictum siue arbitrum obseruanti, prefato dicto rato et firmo nichilominus permanente. Condictum fuit etiam inter me et dictos abbatem et conuentum, vt penes prefatos iudices a domino papa delegatos, non obstante isto arbitrio, sua iuridicio integra remaneret. Ita quod prefati iudices potestatem habeant compellendi arbitros, per susceptionem arbitrij, ad diffiniendum quod in se susceperunt, et compellendi testes tam a me quam a prefatis abbate et conuentu producendos ad perhibendum testimonium veritatis, et ad compellendum tam me, quam prefatos abbatem et conuentum, ad prefatorum arbitrorum dictum siue arbitrium obseruandum. Et cum dicti abbas et

(1) Titre en parchemin, avec une incision pour le sceau. — L'inventaire des titres de Morée ajoute : « Extant octo cartae illius concordiae. »

conuentus assererent, quod non solum de rebus contentis in libello, coram dictis iudicibus mihi porrecto, fuisset compromissum, sed eciam de omnibus querelis, quas contra me se habere dicebant, condictum fuit inter me et dictos abbatem et conuentum, quod si de Carnoto et de Castriduno priores, et nobilis vir Gaufredus, vicedominus Carnotensis, frater meus, et Hubertus de sancto Auito, uel maior pars ipsorum, recordarentur de omnibus querelis, quas dicti abbas et conuentus proponerent contra me, fuisse compromissum, tam ego quam prefati abbas et conuentus sub eadem pena, et sub forma superius expressa, prefatorum arbitrorum dicta de omnibus querelis, siue contentis in libello siue non contentis, teneremus in omnibus, et per omnia obseruare. Actum anno Domini M° CC° XXX° quinto, mense maio.

## CCXXXVIII

## DE QUITTATIONE DIABLAGII IN TERRITORIO DE MARROLES (1)

1236

Thibaud Gaudin, chevalier, délaisse à MM., quitte de tout droit, le diablage de Marolles qu'il avait acheté pour les religieux, à la réserve de la moitié des censifs de Pray.

Vniuersis Xristi fidelibus, ad quos presentes littere peruenerint, Theobaldus Gaudin miles, in uero salutari salutem. Nouerit uniuersitas uestra, quod ego concessi libere, et quitaui in perpetuum, viris religiosis abbati et conuentui maioris monasterii, totum diablagium, quod ego, de mandato eorum, speciali nomine ipsorum, et meo, emi a Philippo Baisset milite, Johanne Biseol, et heredibus Geruasii de Prepastor, quod ipsi uenditores solebant percipere in toto territorio de Marroles, exceptis tamen uineis sitis ibidem, et exceptis omnibus censiuis de Perreio, in quibus ego una cum dictis religiosis percipiam medietatem tam census quam diablagii supradicti. Et hec omnia supradicta promisi me iamdictis religiosis bona fide garantizare, et quod de cetero per me, uel per alium, in predicta quitacione, nichil in posterum reclamabo. De emptione uero predicta, quam ego feci sub meo, et nomine eorumdem, siue de precio emptionis, michi per dictos religiosos fuit plenarie satisfactum, et de ipso precio me teneo pro pagato. Et ut hoc ratum et stabile in posterum habeatur, ego predictus Theobaldus, in huius rei testimonium et munimen, presentes litteras eisdem religiosis, ad ipsorum petitionem, concessi sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° XXX° sexto.

(1) Original en parchemin aux Arch. dép , sceau perdu. — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 205 — (Greneterie).



64



65



63



66



67



68

PL. XIX

# CCXXXIX

## « DE MOLENDINIS QUAE SUNT IN LIDO ET DE PISCATURA — DE MOREIS » (1)

« Carta seu instrumentum de jure piscandi in aqua Lidi, quae protenditur a molendinis novis usque ad molendina de villa presbiteri dependentium dicti prioris. »

1237

Ursion de Freteval reconnaît par serment n'avoir aucun droit de pêcher en la rivière du Loir, entre les moulins neufs et ceux de Villeprovert, et promet de garantir désormais les droits des religieux. De leur côté, les religieux, par amour de la paix, se désistent des actions intentées contre lui, pour les dommages et les violences exercés dans le prieuré de Morée.

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presens scriptura peruenerit, Vrsio dominus Fracteuallis, perpetuam in Domino salutem. Cum religiosi uiri abbas et conuentus maioris monasterii turonensis, coram viris venerabilibus abbate, priore de Changia, Meldis, et officiali meldensi in curiam, auctoritate apostolica, me traxissent super eo quod ipsos indebite molestabam, in aqua Lidi, quæ protenditur a molendinis nouis usque ad molendina de Villa presbyteri, per me et per seruientes meos, piscando ibidem contra jus et vtilitatem eorum, cum eadem aqua ad ipsos pleno jure totaliter pertineret ; super eo etiam quod violenter absportaueram et injuste ferra molendinorum de Garez, de Villa presbiteri, et de stagno, que quidem molendina dictorum abbatis et conuentus existunt omnino, nec non super violenta fractione prioratus de Moreis, captione cuiusdam cerui, et hominum eorumdem in prioratu jamdicto, aliis que injuriis a me dictis abbati et conuentui multipliciter irrogatis, cum jus aliquod faciendi talia non haberem. Demum prefati abbas et conuentus ex vna parte, et ego ex altera, super premissis contencionibus et aliis, vnanimiter compromisimus in viros discretos abbatem beate Marie Magdalene de Castriduno, et magistrum Guillermum de Faz, archidiaconum transligerensem turonensem, sub pena mille librarum monete currentis soluendarum a parte renitente parti arbitrium siue compromissum seruanti. Tum vero arbitri prenotati, super omnibus

(1) Deux exemplaires sur parchemin aux archives de Loir-et-Cher, sceau perdu. — l'inventaire mss. des titres de Morée, ajoute cette note : « Extant octo cartae illius concordiae. »

contencionibus predictis, veritate ab eis diligenter scrutata, auditis etiam omnibus, que cause cognitionem desiderant, et plenius intellectis, maxime cum ego, post juramentum meum, coram eis spontanee in jure confessus fuissem me nullum jus habere piscandi, nec heredes meos in aqua jamdicta, nec in aliis suprascriptis, ad instanciam tam abbatis et conuentus, quam mei, concorditer suum arbitrium, inuocato Dei nomine promulgarunt, adjudicantes eisdem abbati et conuentui, totam aquam jamdictam ab omni perturbatione, molestatione et inquietudine, tam mei, quam heredum meorum, perpetuo liberam et immunem ; ita quod nec habemus, nec possumus habere de cetero piscandi jus aliquod. Verumptamen abbas et conuentus prefati non poterunt ponere jngenium dormiens (1) ad piscandum, in aqua prefata, infra spatium trium lancearum a plancherio molendinorum nouorum. Nichilominus ipsi cum tramaillo, et aliis volantibus instrumentis, poterunt ibidem piscare usque ad plancherium supradictum, nec etiam poterunt facere ascensoria, siue montoria, preter assensum et voluntatem meam, aut heredum meorum in aqua jamdicta. Porro si contigerit aliquem deprehendi in ipsa aqua, furando pisces aut instrumenta piscatoria monachorum, per ipsos, aut per bailliuos eorum, non per alios de eo fiet justicia prout eam decreuerint faciendam, mihi tamen et heredibus meis salua alia justicia, quam de jure consueuimus, et possumus habere ibidem. Preterea, Philippus de Districtis miles, Gerardus senescallus, Haimericus de Districtis, et Johannes prepositus de Moreis, sicut de jure habent, modo sic habere poterunt deinceps combras suas in aqua prefata (2). Attamen dictus Philippus miles in ea potest habere chalannum, pro combris suis piscandis, sicut habere consueuit, sine detrimento prioris. Sane si sepefati abbas et conuentus poterunt acquirere combras predictas ab eis quorum sunt, aut a successoribus eorumdem, siue dono, siue eleemosina, siue emptione, siue permutatione, aut alio quoquo modo, nec ego, nec successores mei poterimus contradicere, nec ipsas combras, aut aliquid aliud ibidem de nouo aliquatenus in perpetuum poterimus adipisci. Item ego et heredes mei, qui pro tempore erunt,

(1) Nom générique désignant les engins flottants de pêche.

(2) Dom Martène, mss. latin 12,875, fol. 270 (Bibl. Nat[le]), décrit ainsi les combres :

« Combri in flumine videntur esse piscariae, quae ex lignis in aquæ hinc inde fixis in conum descendunt, et implexis arborum ramis seu virgultis in modum cratium, pisces cursum aquæ sequentes sensim deducunt in retia, quæ in inferiori et angustiori parte tenduntur, dicunturque hi combri res vtilissimae, quia profecto quotquot se labentis aquæ pondere ſeruntur pisces, in nassam ruunt, nec est qui fugiat. » En un mot, les combres servaient comme d'entonnoirs.

tenebimus calciatam molendinorum nouorum ad mensuram et altitudinem, in qua est modo, et fuit temporibus retroactis. Interea vero ad mensuramentum boiselli, mine et patelle (1) molendinorum de Garez, et de Villa presbiteri, et quintina (2) molendinariorum molendinorum dictorum, et omnis justicia mihi meisque successoribus remanent libere et quiete, prout habere consueuimus eadem usque modo. Ceterum abbas et conuentus tociens nominati, pro bono pacis, spontanee remiserunt mihi ipsi actiones quas contra me habebant, et habere poterant, occasione dampnorum, molestationum, inquietudinum ac injuriarum a me sibi pluries illatarum, sicut expressum est superius manifeste. Hoc autem dictum siue arbitrium a prenominatis arbitris promulgatum, sicut superius liquido continetur, in eorum presentia benigniter acceptauj. Interea uero commutationem, quam de assensu et voluntate ipsorum abbatis et conuentus, prior Fractauallis fecit, de sua parte aque, quam habebat in Lido, cum priore de Moreis, pro sua parte prati de Villapresbiteri, antea communis utrisque, quod quidem pratum totum remanet priori Fracteuallis, priori vero de Moreis aqua jamdicta, ego pro me et heredibus meis, in presentia dictorum arbitrorum, gratam habui et acceptam. Et ut hec omnia et singula suprascripta in perpetuum robur obtineant firmitatis, ego Vrsio, Fracteuallis dominus, presentem cartam confirmandam duxi, et sigilli mei munimine roborandam. Actum apud maius monasterium, anno Domini M° CC° XXX° VII°, mense julio.

## CCXL

## LITTERA URSIONIS DE EADEM CONVENUENTIA CONFIRMANDA (3)

2 Aug. 1237

Ursion de Fréteval prie les délégués apostoliques d'approuver l'accord conclu par lui avec les religieux de Marmoutier.

Viris venerabilibus et discretis abbati et priori beate marie de Cagia, et officiali meldensi, Vrsio de Melleio, dominus Fracteuallis, salutem in Domino. Cum viri discreti abbas beate Marie Magdale-

(1) La gradation suivie dans ce passage ferait supposer que la patelle était une mesure pour les grains plus grande que le boisseau et la mine.

(2) Ce mot doit désigner le droit de *quint* prélevé par les meuniers.

(3) Titre en parchemin, aux archives de Loir-et-Cher, sceau perdu.

ne de Castriduno, et magister Guillelmus de Faieto, archidiaconus transligerensis turronensis, electi arbitri a religiosis viris abbate et conuentu maioris monasterii turonensis ex vna parte, et me ex altera, super quibusdam contentionibus, que inter me et ipsos coram uobis actoritate apostolica uertebantur, dictum suum siue arbitrium tam ad instantiam dictorum abbatis et conuentus quam mei protulerint adiudiucando eisdem abbati et conuentui aquam Lidi, quae protenditur a molendinis nouis Fracteuallis, vsque ad molendina de Villa presbiteri, sicutin litteris tam dictorum arbitrorum quam meis, super hoc confectis, uidebitis plenius contineri, vos rogamus quatenus dictam adiudicationem siue arbitrium auctoritate apostolica confirmetis. Bene valete. Datum apud Fractam vallem, in vigilia inventionis sancti Stephani. Anno Domini M° CC° XXX° VII°.

## CCXLI

## « DE AQUA LIDI (1) »

1237

Ursion de Fréteval prie Alberic, évêque de Chartres, d'approuver l'accord conclu par lui avec les religieux de Marmoutier.

Reuerendissimo patri ac domino Alberico, Dei gratia Carnotensi episcopo, Vrsio de Mellaio, dominus Fracte vallis, salutem in Domino. Com uiri discreti abbas beate Marie Magdalene de Castriduno, et magister Guillelmus de Fayeto, archidiaconus transligerensis turonensis, arbitri a religiosis viris abbate et conuentu maioris monasterii turonensis, ex una parte, et me ex altera, super quibusdam contencionibus, que inter me et ipsos coram abbate et priore de Cagia Meldis, et officiali meldensi, auctoritate apostolica uertebantur, dictum suum, siue arbitrium tam ad instanciam dictorum abbatis et conuentus quam mei protulerint, adiudicando eisdem abbati et conuentui aquam Lidi, quae protenditur a molendinis nouis Fracte uallis, vsque ad molendina de Villa presbiteri, sicut in litteris tam dictorum arbitrorum quam meis uidebitis super hoc confectis plenius contineri, paternitatem uestram rogamus in Domino, quatinus dictam adiudicationem siue arbitrium auctoritate propria confirmetis. Valeat paternitas uestra in Domino bene et diu. Datum anno Domini, M° CC° XXX° septimo.

(1) L'original en parchemin était scellé sur queue simple. — D. Ans. Lemichel, l. c., p 229 (Morée).

# CCXLII

## JUDICIUM DE AQUA LIDI (1)

1237

« Accord fait entre les religieux de Marmoutiers et Vrsion, seigneur de Fréteval, au « sujet de la rivière et de la pêche du Loir. »

Vniuersis Xristi fidelelibus, ad quos presentes littere peruenerint, abbas beate Marie Magdalene de Castriduno, ordinis sancti Augustini, et magister Guillermus de Faz, archidiaconus transligerensis, salutem in Domino. Cum inter religiosos uiros, abbatem et conuentum maioris monasterii turonensis ex una parte, et nobilem virum Vrsionem, dominum Fracteuallis ex altera, coram viris venerabilibus et discretis abbate, priore de Changia Meldis, et officiali meldensi, auctoritate apostolica, contentio uerteretur super eo quod dictus nobilis eosdem religiosos molestabatur, etc. (*Ut in charta CCXXXIX, mutatis numero et personna verborum praesertim quoad Ursionem de ·Fractavalle*) ..... quae omnia et singula, suprascripta, ut in perpetuum robur obtineant firmitatis presentem cartam signauimus nostrorum impressionibus sigillorum. Actum apud Maius-monasterium anno gratie millesimo ducentesimo tricesimo septimo mense Ju................li...................o.

# CCXLII (bis)

## « CONFIRMATIO CONCORDIAE AB ALBERICO CARNOTENSI EPISCOPO (2) »

1237

Albéric, évêque de Chartres, confirme ce jugement.

Albericus Dei gratia Carnotensis episcopus, vniuersis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem eternam. Ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod nos litteras venerabilium virorum abbatis beate Marie Magdalene de Castriduno, et magistri Guillermi de Faz, archidiaconi translige-

(1) Deux exemplaires en parchemin, aux archives départ de Loir-et-Cher.

(2) Parchemin aux arch. de Loir et-Cher, sceau sur cordons, perdu.

rensis inspeximus sub hac forma : Universis..... (Ut in carta precedenti)......

Nos autem ejusmodi arbitrium siue dictum prout in jamdictis litteris continetur, ad instantiam tam dictorum abbatis et conuentus, quam nobilis memorati, quantum in nos est scriptura presenti confirmandum duximus sigilli nostri munimine roborata. Datum anno domini M° CC° XXX° VII°.

## CCXLIII

## CONCORDIA CUM ABBATIA DE STELLA (1)

1235

Les religieux de l'Étoile ayant construit une chaussée à la queue de leur étang supérieur, les prés et le moulin de Riperia, appartenant à Marmoutier, en souffrirent de grands dommages. On convint que les eaux de l'étang ne pourraient dépasser certaines limites.

UNIUERSIS presentes litteras inspecturis, Guillelmus de Morelleio, canonicus turonensis, electus arbiter a partibus, salutem in Domino. Nouerint uniuersi quod cum uerteretur controuersia inter religiosos uiros abbatem et conuentum Maioris monasterii ex una parte, et abbatem et conuentum de Stella (2), premonstratensis ordinis ex altera, super hoc quod dicebant predicti abbas et conuentus Maioris monasterii quod aqua stagni superioris de Stella regurgitabatur per prata sua et hominum suorum, et usque ad molendinum de Riperia, quod predicti abbas et conuentus Maioris monasterii habebant superius, propter quam regurgitationem tam prata quam molendina predictorum abbatis et conuentus Maioris monasterii deteriora facta erant, ut ipsi asserebant ; et super hoc quod dicebant, predicti abbas et conuentus Maioris monasterii, quod prefati abbas et conuentus de Stella quamdam calceatam lapideam et ligneam construxerant in medio aque fluentis circa caudam stagni supradicti, per quam multa dampna proueniebant predictis abbati et conuentui Maioris monasterii et hominibus suis. Tandem post multas altercationes, de bonorum uirorum consilio, in nos fuit compromissum tali modo, quod nos aliquibus bonis uiris nobiscum uocatis et iuramento astrictis, prius persemet de predictis controuersiis haut et bas disponere et ordinare, ita quod utraque pars promisit quod

(1) Archives d'Indre-et-Loire, H. 290.

(2) L'Étoile, abbaye de Prémontrés, commune d'Authon, Loir-et-Cher.

illa pars que non seruaret nostram dispositionem seu ordinationem alteri parti predictam dispositionem seu ordinationem seruanti quinquaginta libras turonenses soluere tenererur, nostra dispositione seu ordinatione rata nihilominus permanente. Nos uero vocatis nobiscum bonis uiris, et prius uiramento astrictis, multociens ad predicta stagnum, prata et molendinum accedentes, de consilio uirorum ad hoc a nobis uocatorum prout superius est espressum ita disposuimus et ordinauimus, quod aqua stagni supradicti quosdam fines tam in alteiata quam in cauda stagni supradicti a nobis positos excedere non ualerent, et si aliquo casu contingente, aqua illa fines illos excederet, molendinarius molendini supradicti adire posset janitorem abbacie de Stella, et illo janitore requisito, si aqua stagni supradicti ad fines a nobis positos incontinenter non reduceret, molendinarius sepedicti molendini sine aliqua emenda seu calumpnia uel impedimento illam aquam ad fines positos reducendi haberet plenariam potestatem. Disposuimus infra et ordinamus quod predictam calciatam de qua uertebatur controuersia penitus debeat amoueri, ita quod neque in loco illo in quo prius erat, neque in alio loco poni ualeat, ex quo dampnum aliquod possit sepedictis abbati et conuentui Maioris monasterit uel suis hominibus peruenire. Datum anno Domini M° CC° tri c e n t e s i m o q uin t o .

## CCXLIV

## DE QUITTATIONE A BIENNIO ET QUADRIGAGIO — « FRACTAVALLE » (1)

1237

Ursion de Fréteval abolit pour un an certaines corvées (le bians et le quadrigage) en faveur des colons de Marmoutier à Saint-Hilaire-la-Gravelle.

Ego Vrsio de Mellaio dominus Fracteuallis, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego quitaui homines monachorum sancti Hylarii de Grauella, a biennio et quadrigagio, a festo Sancti Remigii proximo uenturo, usque in unum annum, tali

(1) Titre en parchemin aux arch. de Loir-et-Cher. — Gaignières, 5441², f. 185 « scellé en cire blanche sur queue simple de parchemin. » — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 207, écrit cette note « Ursio dominus Fracte uallis anno 1237 et Gaufridus, abbas MM. compromittunt de diversis capitibus. »

modo quod ego siue heredes mei, ui siue prece, siue aliqua requisitione alia, donec ad dictum terminum dictum biennium et quadrigagium requirere non possumus nec debemus. Preterea dicti homines accommodauerunt mihi quinquaginta sollidos super biennium post dictum terminum proximum uenturum. In cuius rei testimonium predictis hominibus meas dedi patentes litteras, sigilli mei munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° XXX° VII°, die veneris ante festum Pentecostes.

## CCXLV

## DE VEXATIONE GAUFREDI DE INSULA (1)

1237

Geoffroy de l'Isle est condamné à payer 12 deniers au prieur de Chauvigny, pour les violences commises dans ses vignes de Pezou.

In nomine — In jure coram nobis prior de Chauuigniaco, quod cum ipse fecisset cadi arbores in proprio fossato per quemdam monachum suum, juxta vineas ejusdem prioris de Pesoto, dominus Gaufredus de Insula miles, fecit capi operarios, quos dictus prior miserat in dictas vineas suas de Pesoto, in quibus nullum jus habet preter censum — Condemnauimus dictum militem ad cessandum a vexatione dicti prioris, et ad resarciendum ei dampna et impensas, — usque ad 12 denarios. Die mercurii ante Letare Jerusalem 1237.

(1) Gaignières, 5441², fol. 7.

# CCXLVI

## BULLA GREGORII PAPAE IX, DE VEXATIONIBUS COMITIS BLESENSIS (1)

7 Sept. 1239

Grégoire IX ayant pris connaissance des violences exercées par le comte de Blois à Marmoutier et dans les prieurés d'Orchaise et de Chouzy, ordonne à l'archevêque de Rouen de suspendre l'excommunication déjà prononcée contre lui par les protecteurs de l'abbaye, pour un délai de quatre mois, afin que le comte puisse presenter ses moyens de défense, et réparer ses torts, sinon l'excommunication sera remise en vigueur.

GREGORIUS EPISCOPUS

ARCHIEPISCOPO ROTHOMAGENSI

Ex parte nobilis viri comitis blesensis fuit propositum coram nobis, quod abbas et conventus maioris monasterii turonensis, asserentes eumdem comitem quasdam ipsis iniurias intulisse, tam in ipsum quam in familiam, ac balivos et quosdam de hominibus suis, eius occasione primo ab officiali turonensi, auctoritate ordinaria excommunicationis, ac post modum ab abbate sancti Nicolai Andegavensis, et collegis suis conservatoribus privilegiorum suorum, a sede apostolica, ut dicitur, deputatis, vel subdelegatis ipsorum, in dictum comitem ac alios supradictos excommunicationis et in terram ipsius comitis, interdicti fecerunt sententias promulgari. Quare fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum super hiis, pro quibus sunt eedem sententie promulgate, stare mandatis ecclesie sit paratus, relaxari dictas sententias mandaremus. Procurator vero predictorum abbatis et conventus proposuit ex adverso, quod licet prefatum monasterium eidem comiti in nullo ex debito teneatur, idem tamen comes, procurationem indebitam exigens ab eodem, cum multitudine armatorum ad monasterium supradictum accessit. Et licet ei a senioribus monasterii, de voluntate predictorum abbatis et conventus, caritativum et gratuitum hospitium fuisset oblatum, ipse tamen divina reverentia et humana calcatis, respondens quod de caritate et gratia non curabat, ac excedens tirampnidem paganorum, fractis portis ecclesie, ac ymaginibus Crucifixi turpiter, ausu diabo-

(1) La copie porte deux sceaux, l'un des archives vaticanes, l'autre du prefet des archives — Fonds Salmon, IV, n° 1294, Bibl. de Tours.

lico, conculcatis, non contentus quod claustrum infra clausuram murorum effregerat violenter, ostia officinarum ipsius ecclesie, videlicet horreorum, stabularum, pistrinorum, panectarie, cellarii, coquine et grangiarum, ac alia numero quadraginta quatuor fecit effringi, ac vindi bladum inventum ibidem ad usus monachorum et pauperum deputatum. Et quamvis ob immanitatem facinoris manifestam tam iamdicti conservatores privilegiorum suorum, quam venerabilis frater noster archiepiscopus turonensis, in cuius diocesi monasterium ipsum situm est, et huiusmodi sacrilegium perpetratum, in eundem comitem et complices, ac fautores ipsius, monitione premissa excommunicationis sententiam promulgarint, et nichilominus ob commissum sacrilegium sententia canonum sint ligati, idem tamen comes, cum debuerit ad percutientem se cum humilitate redisse, mala malis accumulans, et iniquitatem iniquitatibus superaddens, vinum, quod prefatum monasterium habebat apud Auricasam et Chosid, fecit violenter auferri. Et quia diligenter monitus id noluit emendare, fuit a subdelegatis conservatorum ipsorum excommunicationis vinculo innodatus. Quare dictus procurator nobis humiliter supplicavit, ut cum excessus huiusmodi adeo sint enormes, quod non debent coniventibus oculis pertransiri, memoratos sacrilegos mandaremus tamdiu nuntiari excommunicatos, et ab omnibus artius evitari, donec passis iniuriam satisfaciant competenter, et dampna resarciant universa. Quia vero supplicationibus ipsius comitis sic favere nos convenit, quod monasterii iustitia non ledatur, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, prefato comite prestante primo sufficientem pro manifestis offensis emendam, et pro dubiis de parendo mandatis ecclesie sufficientem et ydoneam cautionem, non obstantibus litteris super observatione sententiarum huiusmodi ex parte dicti monasterii impetratis, sententias iuxta formam ecclesie relaxans easdem, audias postmodum si quid fuerit questionis et causam, si de partium voluntate pocesserit debito fine decidas, faciens etc. Alioquin ipsam sufficienter instructam, ad Apostolicum remittas examen, prefigens partibus terminum peremptorium competentem, quo per se, vel per procuratores idoneos compareant coram nobis, iustam auctore Domino sententiam recepture. Eodem vero comite monito diligenter, infra spatium quatuor mensium post monitionem tuam, emendam et cautionem huius modi non prestante tu ex tunc premissas sententias ab archiepiscopo et conservatoribus, et subdelegatis predictis promulgatas, sicut rationabiliter sunt prolate, ac sententiam canonis facias auctoritate

nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari, non obstante constitutione de rebus dictis edita in concilio generali dummodo ultra tertiam uel quartam pars altera ad iudicium extra suam diocesim non trahatur. Datum Anagnie, VII Idus Septembris, anno duodecimo // // //
// // // // // // // //
Descriptum et recognitum ex autographo regesto literarum apostolicarum f. r. Gregorii PP. IX. annno XII, Ep. 245, quod adservatur in tabulariis secretioribus vaticanis.

In quorum fidem :

Datum Romae e talulariis præfatis, VIII Kal. aprilis anno Domini M. D. CCC, XLVII.

MARINUS MARINI
Tabularior. sancte Rom. Eccles. prefectus

## CCXLVII

## ACQUISITIO DECIMARUM DE PERIO A GOFFRIDO DE LA POTERNE (1)

1239

« Lettre d'acquet des dixmes grandes et novalles, qui se recueillent en la paroisse de Pray, sur Geoffroy de la Poterne, pour la somme de 80 livres, tant au profit du Chambrier que du couvent de Marmoutier, l'an 1239. » En latin et parchemin scellé.

## CCXLVIII

## EJUSDEM ACQUISITIONIS CONFIRMATIO A COMITE VINDOCINENSI (2)

1245

« Lettre de confirmation et d'amortissement par Pierre, comte de Vendôme, de l'acquet fait par le couvent et Chambrier de Marmou-

(1) Arch. de Tours, registre de la Chambrerie, H. 210, f. 59.

(2) Cette confirmation semble avoir été écrite sur le même parchemin que la précédente Arch. de Tours, H. 210, f. 59.

tier, des grandes dixmes et novalles, en la paroisse de Pray, sur le sieur de la Poterne, 1245. » En latin et parchemin et scellée, cottée B, charte 2e.

## CCXLIX

## ACQUISITIO DECIMARUM DE PEREIO AB JOANNE DE LA POTERNE (1)

1239

« Lettre de vendition faite au Chambrier de Marmoutier, par Jean de la Poterne, chantre de l'Église Saint-Georges de Vendôme, pour la somme de 80 livres, de toutes les dixmes, grosses et menues, et premices, qu'il auoit accoustumé de posséder et auoir, dans la paroisse de Pray, et luy appartenant à cause de son patrimoine, auec l'hommage et redevance du seigneur de Lancé, à raison de son traict de dixme. Lequel seigneur de Lancé ne pourra prétendre aucun blé dans la grange où se serrent lesdites dixmes, sinon le sy peu de grain qui demeurera après la paille. En date de 1239, en parchemin et en latin.

## CCL

## CONFIRMATIO EJUSDEM VENDITIONIS A COMITE VINDOCINENSI (2)

1245

« Confirmation par Pierre, comte de Vendôme, de la donation des dixmes cy-dessus, faicte par Jean de la Poterne, chanoine de Vendôme (Arch. d'Indre-et-Loire, H 210, f. 59).

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Petrus comes vindocinensis, salutem eternam in Domino. Noveritis quod ego saluti meæ et antecessorum meorum cupiens providere, ac onerementum religiosis, quantum cum Deo possum, desiderans et augmentum, de consensu uxoris meæ venditionem quam Johannes de Posterna, cantor ecclesiæ Sti Georgii vindocinensis fecit religiosis viris abbati et conventui majoris monasterii et eorum camerario, de decimis

(1) Archives d'Indre-et-Loire, H. 210. Registre de la Chambrerie, fol. 59.

(2) D. Housseau, VII, no 2936 « Archives de Marmoutier, *Cartulaire de la Chambrerie*, fol. 41, vo. »

majoribus, minucis et primiciis, quas idem Johannes percipiebat et percipere consueverat in parochia de Pereio, in feodo meo, nec non ratificationem et confirmationem, quam Gauffridus de Posterna miles frater dicti Johannis fecit abbati et conventui et camerario, de decimis supradictis, ratas et gratas habeo, consentio et confirmo, promittens pro me, heredibus et successoribus meis eisdem abbati et conventui et camerario, supra dictis decimis questionem non moveri nec ipsos super his de cœtero molestari. In cujus rei testimonium et munimen dictis abbati et conventui ac camerario præsentes litteras concessi sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto.

## CCLI

## DE VIII SOLIDOS CENSUS APUD TROUM (1)

1240

« Huict solz de cens deubs au prieur de Lavardin par les chappelains de Sainct-Martin de Trou ; » sur des vignes en la vallée Frobert.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Gaufridus diuina permissione cenomanensis ecclesie minister humilis, salutem in Domino. Ad memoriam perueniat singulorum, quod Robinus le roer et Matheus ferme clerici in nostra presentia constituti, recognouerunt se tenere nomine capellaniarum suarum, quas habent in ecclesia beati Martini de Troo, ex collatione bone memorie defuncti Hamerici de Aurelianis *militis*, quoddam arpentum vinee cum domo et pressoriis in dicta vinea sitis, apud Troum situm et vallem Froberti, a priore beati Martini de Lauardino, sine vendis et releuamento, ad octo solidos census ab eisdem clericis suisque successoribus singulis annis dicto priori, apud Lauardinum, in festo beati Laurencii persoluendos. Et si dicti octo solidi ad festum predictum non fuerint persoluti, dictus prior poterit cogere dictos clericos siue successores eorumdem dictam vineam possidentes, ad ipsos reddendos cum emenda si uoluerit ab ipsis leuanda, secundum consuetudinem propriam generalem. In quorum testimonium et munimen, ad petitionem dictorum clericorum et dicti prioris, dedimus presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° XL°.. mense marcio (?).

(1) Titre en parchemin, aux arch. de L.-et Ch. — Le sceau sur queue simple est perdu.

## CCLII

## DEPREDATIONES DOMINI DE BOSCHETO (1)

1241

Le sénéchal du seigneur du Bouchet exerce des déprédations sur le prieuré de Lancé.

Monachi de Lanceio a senescallo domini de Boscheto minis et depredationibus exagitabantur. Vnde emanarunt litterae monitoriae et conservatoriae privilegiorum majoris monasterii.

## CCLIII

## DE ALTA JUSTITIA SEMITARII (2)

1242

Pierre, comte de Vendôme, revendiquait le droit de haute justice sur le territoire du Sentier, il accepte l'arbitrage de l'archevêque Tours.

Uniuersis presentes litteras inspecturis et audituris, Petrus comes vindocinensis, salutem in Domino. Noverint universi quod cum contentio mota esset inter nos, ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum majoris monasterii, ex altera, super alta justicia villae et territorii du Sentier, carnotensis diocesis; tandem nos et dicti abbas et conventus volentes omnem discordiae materiam evitare, volumus et concessimus quod venerabilis pater Juhellus, Dei gratia turonensis archiepiscopus summatim inquirat tam per testes quam instrumenta et alias prout viderit expedire de jure utriusque partis, et auditis rationibus partium, et inquisita super premissis diligentius veritate, super his statuat quod viderit statuendum. Promisimus etiam, quod dictum seu statatum archiepiscopi supradicti inviolabiliter obseruabimus, nec contra aliquatenus veniemus. In cujus rei memoriam presentes litteras sigilli nostri munimine duximus apponendas. Actum anno Domini millesimo CC° XLII, mense decembri.

(1) D. Ans. Lemichel, l. c. p. 225.

(2) Housseau VII, n° 2893 — « Archives de MM., Cartul. de la Chambrerie, fol. 21. — D. Ans. Lemichel, Hist. mss. de MM., III, p. 78, fait mention de cette charte.

## CCLIII (bis)

## PRIVILÈGE ACCORDÉ PAR PIERRE, COMTE DE VENDOME (1)

1242

Privilège de Pierre, comte de Vendôme, par lequel il exempte les subjets des prieurez en son comté, du payement du droit d'assises pour trois ans. — En latin, et parchemin scellé. — 1242. Cotté C. Charte 3e.

## CCLIV

## « DE AQUA LIDI ET JURE PISCANDI, PRO PRIORE DE LAVARDINO » (2)

1243

Pierre, comte de Vendôme, donne aux religieux de Lavardin le droit de pêche dans le Loir, depuis le pont de Lavardin, *jusqu'à la fontaine* St-Simeon.

Vniuersis presentes litteras inspecturis P. comes vindocinensis... .. religios.... abb...et convent... maioris monasterii.... prior eorum de Lauardino.... in aqua Lidi.... a pedibus pontis de Lavardino usque ad.... de voluntate eorum.... posset seu jus piscandi haberet.... Tandem meliori usus consilio premissa........ homines de Lauardino piscabuntur ibidem prout piscantur in aliis aquis de Lauardino, videlicet cum triblis seu banastis, fessinis seu juncheriis.... a tali piscatione cessabunt, et nos ad hoc ipsos compellere..... tercio mense julii. (3)

Et alibi :

« Comes Vindocinensis, anno 1243, recognoscit aquam et piscationem in fluvio Lœdi ad monachos maioris monasterii, et priori de Lauarzino pertinere, à pilis superioribus pontis Lauarzini, vsque ad riuulum fontis S. Symonis seu S. Sigismondi. Ita ibi expresse, quo tempore significat monachos apud Lauarzinum habitasse, qui suum et Johannis patris sui anniuersarium facere debebant. » (4)

(1) Arch. d'Indre-et-Loire. H. 210, f. 49. Pray, en marge : « Ce titre manque, 1793. »

(2) Archives départ. de Loir-et-Cher. Cette charte est signalée dans l'inventaire mss. des titres de Lavardin dressé en 1640.

(3) C'est avec la plus grande peine que nous avons pu déchiffrer les quelques lignes ci-dessus, *tellement le parchemin est effacé et détérioré.*

(4) D. Ans. Lemichel, l. c., p. 477.

## CCLV

## DE JURE PISCANDI A COMITISSA VINDOCINENSI CONCESSO (1)

1244 (vidimus de 1428)

« Droit de pêche depuis le pont de Laverdin jusques à la fontaine de St-Siméon ou Sigismond. » (Sommaire inscrit au dos du *vidimus*.)

A tous ceux qui ces presentes lettres verront, le garde du scel roial establi et dont lon vse aux contrax de Tours, salut, sauoir faisons que nous auons veu et diligeamment regardé vne lettre de noble et puissante dame J. jadis contesse de Vendosme, scellée de son scel en cire verte seines et entières en sceel et en escripture, ainsi comme de première face nous est apparu, desquelles la teneur s'enssuyt : Uniuersis presentes litteras, inspecturis. J. quondam comitissa vindocinensis, eternam in Domino salutem. Noueritis quod cum contencio verteretur inter me, et homines nostros de Montorio, de Rupibus et de Troo ex vna parte, et abbatrem et conuentum maioris monasterii, et prioratum suum de Lauardino, ex altera, super eo quod ego et predicti homines nostri dicebamus nos jus habere piscandi in aqua Lidi, scilicet a ponte seu a fine pontis de Lauardino, vsque ad riuulum fontis sancti Symeonis seu Sigismondi; predictis abbate et conuentu et monasterio suo de Lauardino contrarium asserentibus et dicentibus me et predictos homines jus aliquod in praedicta aqua piscandi non habere. Tandem pro bono pacis, de bonorum virorum consilio, ego J. quondam comitissa vindocinensis, omne jus quod habebam in dicta aqua beato Martino, et prioratui de Lauardino contuli et concessi, libere, pacifice, et quiete possidendum. Ita tamen quod, singulis annis in dicto prioratu de Lauardino, monachi qui pro tempore fuerint meum anniuersarium celebrabunt. Concessum est etiam inter me et dictos abbatem et monachos, quod homines nostri supradicti in dicta aqua de cetero non piscabuntur, quousque probauerint coram religiosis de Guastineta et de sancto Georgio de Nemore abbatibus, qui ad hoc a partibus electi sunt arbitri, se jus habere piscandi in dicta aqua. Quod si dicti homines probare potuerint se jus habere piscandi in dicta aqua, jus quod probauerint per dictos arbitros eis adiudicabitur. Si uero non probauerint jus piscandi in dicta aqua se habere,

(1) Titre en parchemin aux archives de L.-et-Ch.




69




70




71




72




73

PL. XX.




74




75

ipsi a dicta piscatione de cetero cessabunt, perpetuo silentio super hoc eis imponendo per dictos arbitros. De contentione autem inter dictos homines meos de Montorio ex vna parte, et jamdictos monachos de Lauardino ex altera, coram judicibus delegatis et ordinario cenomanensi, super manuum iniectione hinc et inde in sepedictos monachos, quam in supradictos homines, vti asserebatur, et aliis contumeliis occasione illius aquae, et etiam in aqua perpetratis, ordinatum fuit ita, quod tam vadia quam expense hinc et inde quitata fuerunt, et quod tam dicti homines quam dicti monachi vnus ab alio veniam petierunt, et etiam concesserunt, adiecto quod supradicti abbates, inquisita veritate hinc et inde, illi qui in culpa fuerint, quod emendandum fuerit facient emendari, et quod ego J. meis hominibus supradictis, et abbas scilicet suis monachis faciemus firmiter obseruare, et qui in hoc deficeret, quinquaginta libras currentis monete, pro pena, parti aduerse soluere teneretur. In cuius rei testimonium presentes litteras dedi sepedictis abbati et monachis maioris monasterii, cum sigilli mei munimine roboratas. Valete. Datum anno Domini M° CC° XL° quarto, mense maio. En tesmoing de ce, nous le garde du seel dessusdit, auons mis et apposé à ces présentes ledit seel. Donné et fait à Tours, par manière de Vidimus, le quinzième jour de Nouembre, l'an de grace M. quatre cens vingt et huit.

Collation est faite à l'original par nous M. Vitre.

## CCLVI

### « QUOD GAUFRIDUS DYONISII VENDIDIT NOBIS « VNAM PECIAM TERRE PROPE PONTIGOL (1) »

1244

Vente par Geoffroy Denis et Houdeburge, sa femme, à MM. d'une terre, près Pontijou, pour 4 livres et demie.

Vniuersis presentes literas inspecturis O. decanus blesensis, salutem in Domino. Nouerint uniuersi quod in nostra presentia constituti Gaufridus Dyonisii et Houdeburgis vxor eius recognouerunt se uendidisse religiosis viris abbati et conuentui maioris monasterii turonensis, quamdam peciam terre site prope Pontigel,

(1) Original en parchemin avec un fragment de sceau en cire verte, sur double queue en parchemin. Arch. Départ.

quæ uocatur magnus campus, precio quatuor librarum et dimidium dunensium, de quo se tenuerunt coram nobis pro pagatis. Concessit etiam et promisit dicta Houdeburgis vxor dicti Gaudefridi fide data in manu nostra corporali, quod contra hanc vendicionem per se, uel per alium non ueniet ratione dotis, seu alio aliquo modo. In cuius rei testimonium, ad petitionem dicti G. et H. dictis religiosis presentes litteras concessimus, sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° XL° quarto, mense aprili.

## CCLVII

## DE DECIMA AGNORUM APUD S. MEDARDUM (1)

1245

Les religieux de Marmoutier réclament la dîme des agneaux au prieur de la Pignardière.

Contra priorem de Pignarderia Fontis Ebraldi ordinis, apud S. Medardum litigant, pro non soluta decima agnorum, etc. — Hic observa fuisse prioratus huius ordinis ad viros pertinentes, ubi conuentus non erat monachorum.

## CCLVIII

## BULLA INNOCENTII PAPAE IV SUPRA VEXATIONIBUS COMITIS BLESENSIS, IN CUJUS VIRTUTE EIDEM COMITI TERMINUS UT COMPAREAT IMPONITUR AB ARCHIEPISCOPO TURONENSI (2)

18 décembre 1245 et 11 mars 1245/6

Innocent IV ordonne à l'archevêque de Tours d'enjoindre au comte de Blois de retirer ses garnisons de l'abbaye et des prieurés de Marmoutier ; et de le citer à comparaître devant lui dans un délai de deux mois. — Geoffroy, archevêque de Tours, exécute ce mandat.

GAUFRIDUS Dei gratia archiepiscopus turonensis, nobili viro Johanni, comiti blesensi, salutem in Domino. Mandatum domini Papae recipimus sub hac forma : « Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo turonensi, salutem et apostolicam benedictionem. Gravem

(1) D. Ans. Lemichel, l. c., p. 220, titres de Saint-Mars-lez-Vendôme.

(2) D. Housseau, VII, 2948 : « Extrait des Archives de MM. Layette de la Grenetterie de Blois. » — Salmon IV, n° 1309.

dilectorum filiorum Abbatis et conventus MM. turonensis recepimus questionem, quod cum dudum nobilis vir H. Sancti Pauli tunc blesensis comes, ad monasterium ipsum, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, cum exercitu terrae accedens, in quosdam ex eis injectis manibus, Dei timore post posito, temere invadere, et quod est auditu horribile, prostratis in lutum imaginibus Crucifixi, portas et officinas ipsius monasterii, nec non et alias cruces ligneas ibi positas, securibus exradere praesumpsisset, ac prioratibus, domibus, grangiis et possessionibus, quas prefatum monasterium in blesensi comitatu optinet, per violentiam occupatis et positis suis satellitibus in eisdem in bonis ipsorum prodigaliter fuisset, pro suae voluntatis arbitrio, debaccatus, faciendo nichilominus seris ferreis firmari predicti monasterii hostia, cruciatus corporum et alia fuisset eis crudelia comminatus, felicis recordationis Gregorius pontifex predecessor noster tam enormes excessus nolens sub dissimulatione transire, huiusmodi negocium venerabili fratri nostro episcopo albanensi, tunc Rothomagensi archiepiscopo, sub certa forma commisit inter cetera continente, ut prefatum comitem et ejus complices per provinciam turonensem et terram suam excommunicando singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, publice nunciaret et faceret nuntiari, donec cum litterarum suarum testimonio, ad apostolicam sedem accederent absolvendi. Cumque post modum dictus predecessor negotio ipso ad eum ab audientia ipsius episcopi, ex parte ipsorum per appellationem bonæ memoriæ delato J. Penestrinensi episcopo, tunc apostolicæ Sedis legato, suas direxisset litteras continentes, ut assignaret partibus terminum peremptorium competentem, quo per se vel per procuratores ydoneos cum suis monimentis et rationibus idem negotium contingentibus, suo se conspectui recepturae sententiam præsentarent, ac inhiberent eidem comiti ne, pendente ipso negotio, ipsi monasterio vel membris ejus aliquam inferret molestiam vel gravamen, ipsum ad id si necesse foret per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, coartando. Idem abbas et conventus ad archidiaconum aurelianensem, cui predictus Penestrinus, qui nullam super hoc jurisdictionem habebat, commiserat ut testes ipsius comitis quos in negotio uolebat producere valetudinarios atque senes et de quorum morte vel diuturna absentia timebant, reciperet legitime ad sedem apostolicam appellantes, appellationis suæ causam venerabili fratri nostro O. episcopo Tusculano, tunc cancellario Parisiensi et magistris Jacobo de Dynant archi-

diacono Morinensi, Parisiis commoranti, ac Durando canonico Parisiensi, a nobis optinuere comitti, aliis nichilominus ad eosdem sub certa forma litteris apostolicis impetratis, quibus tandem juxta suscepti formam mandati supradictum comitem excommunicatum sollempniter nunciantibus, et ad examen nostrum remittentibus causam ipsam. Dilectus filius noster P. sancti Georgii ad velum aureum diaconus Cardinalis partibus a nobis datus auditor eumdem comitem ab excommunicatione, quam in ipsum ligatum auctoritate privilegiorum jam dicto monasterio a sede apostolica indultorum interloquendo pronunciavit, de mandato nostro absolvit, prestito prius sibi ab eo corporaliter juramento, quod mandatis nostris precise pareret, si super hiis inveniretur culpabilis, pro quibus excommunicatione ipsa fuerat inodatus. Demum prenominato comite sancti Pauli blesensem comitatum nobili viro Johanni nato ejus libere resignante, idem Johannes patris vestigia in hoc deseranda non deserens ad monasterium antedictum cum quibus satellitibus suis accedens, securibus portis ejus et crucifixo affixo in eis sacrilego ausu confractis, in bonis ipsius per biduum pro suæ voluntatis libito præsumpsit prodigaliter debacchari, nec in hiis contentus ad bona monasterii et prioratuum eorumdem temerarias manus extendit, et custodes posuit in eisdem, per quos et quies perturbatur ipsorum, et sepedictum monasterium ac prioratus incurrunt irreparabile detrimentum, quare ipsi abbas et conventus a tot respirare pressuris et gravaminibus nequeuntes, ad nostram duxerunt providentiam recurrendum. Quia vero nostra interest tueri a potentibus impotentes, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus memoratum Johannem comitem, ut custodes prorsus amoveat prenotatos, et nihil pendente lite attemptet in eorumdem abbatis et conventus ac monasterii et prioratuum suorum prejudicium et gravamen, monens attentius et efficacius, inducere non preter ponens, injungas eidem ut infra duorum mensium spatium, præter monitionem tuam, peremptorium terminum sibi assignes, per se uel per sufficientem responsalem compareat coram nobis, super dampnis et injuriis irrogatis, et omnibus aliis, sine quibus non potest dictum negotium expediri, plenarie responsurus. Datum Lugduni, XV Kal. januarii, pontificatus nostri anno tertio. »

Hujus igitur auctoritate mandati vos monemus quatinus custodes, si quos in majori monasterio, vel ejus prioratibus posueritis, amoveatis, et nichil lite pendente in eorumdem abbatis

et conventus ac monasterii et prioratuum suorum gravamen vel prejudicium attemptetis, nichilominus tamen tenore presentium vos citamus, et citationem hujus modi per dilectos in Christo officialem nostrum et magistrum Guiardum, latorem presentium, quos ad hoc specialiter destinamus concanonicos nostros, vobis denuntiamus, mandantes auctoritate premissa, quatinus coram domino Papa in crastina ascensionis Domini proximo venturae, quod auctoritate dicti mandati peremptorium terminum vobis assignamus, per vos vel per sufficientem procuratorem compareatis, super dampnis et injuriis predictis abbati et conventui et monasterio ac prioratibus eorumdem a vobis, ut dicitur, irrogatis, et super omnibus aliis sine quibus dictum negotium non potest expediri, plenarie responsurus, prout ordo dictaverit rationis ; dictis autem concanonicis nostris damus in mandatis ut citatione huius modi vobis exhibita et denunciata, vobis offerant et faciant, si placet, copiam premissorum, nobis quicquid super hoc fuerint fideliter rescripturi. Datum die lunæ post dominicam qua cantatur *Oculi mei*, anno gratiæ millesimo ducentesimo quadragesimo quinto.

## CCLIX

## COMPROMISSIO DE JUDICIBUS QUERELAE CUM COMITE BLESENSI (1)

1246

Choix de trois cardinaux comme arbitres entre le comte de Blois et Marmoutier.

Gaufridus abbas maioris monasterii, anno 1246 cum H(ugone) comite S. Pauli et blesensi et I(oanne) filio eius concordat seu compromittit in tres cardinales, qui judicent de omnibus juribus, quae in terris monasterii pretendunt comites blesenses.

(1) D. Ans. Lemichel, l. c., p. 205. Titres de la Grèneterie. — Dom Chantelou, mss. latin 13 900, f. 111. Il ajoute : « Sed fidem minime tenuit Hugo. »

# CCLX

## DE JUDICIBUS ET MODO INQUIRENDI SUPER QUERELA COMITIS BLESENSIS (1)

1247

Le cardinal Pierre nomme les juges pour instruire le différend soulevé entre les religieux de MM. et le comte de Blois, et leur donne les instructions nécessaires à cet effet.

Petrus Capuch. ? miseratione divina Sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, religiosis viris priori ordinis fratrum predicatorum, custodi fratrum minorum turonensium, et gardiano fratrum minorum blesensium, salutem in Domino. Ex parte abbatis et conventus majoris monasterii turonensis nobis extitit intimatum, quod cum nobis examinationem testium super causis quae inter eos ex una parte, et nobilem virum Hugonem de Chastellione comitem Sancti Pauli vertuntur ex altera, sub certa forma dominus papa duxerit committendam, hoc adjecto ut ad posiciones quibus in nullo vel minus plene redditum fuerat, faceretis plenius reddere. Procurator dicti comitis ad omnes positiones, vel fere, super summis ablatorum reddet confectas, non ideo cedens in hoc se satisfacere, propter hoc quod forsitam ratione minime particulae non credat illam summam integre ablatam fuisse. Cumque sibi sub illa summa de minoribus fiant positiones, asserit ad reddendum illis positionibus minime se teneri, ex eo occasionem assumens quod in litteris domini papae vobis directis continetur, quod partes debeant reddere positionibus illis quam sub sigillo nostro vobis dominus papa misit interclusas; et iste de summis minoribus, quas facit pars monachorum, inter eas non inveniuntur expresse; licet possit dici quod satis inter eas habentur, quod in majori summa sine dubio minor continetur. Et sic non sine magnis laboribus et expensis in producendis testibus gravatur pars monachorum, quae de levi posset per adversae partis redditionem simplicem, si bona fide fieret, ab hujus probationum onere relevari. Ne igitur occasione hujusmodi jus monachorum valeat deperire de speciali mandato domini papae vobis mandamus quatenus sepedictum comitem, id est ejus procuratorem, ad posiciones quas super minoribus summis contentas in

(1) Housseau VII, nº 2960. « Archives de Marmoutier, Grenecterie de Blois. »

majoribus pars monachorum duxerit faciendas, reddere plenarie faciatis. Datum Lugduni, VII idus Octobris, pontificatus domini Innocentii papae IV anno quarto.

## CCLXI

## « VENTE DES DIMES DE NOURRAY » (1)

1248

Philippe Chevalier vendit à l'abbaye de Marmoutier, pour la somme de 158 livres, toutes les dixmes, qu'il avoit, paroisses de Nourray et Ussais (?), au diocèse de Chartres, dans le fief de noble homme le comte de Vendôme. Madame Alicie, sa femme, quitta tout le droit et tout le douaire qu'elle y pouvoit avoir. Philippe de Lavardin, chevalier, Hugues Clérie et Hemery, écuyer, tous trois fils et héritiers d'iceluy Chevalier et de lad. dame Alicie, consentirent à cette vente, que ledit Philippe, leur père, promit de confirmer, dans l'an et le jour, selon l'usage du pays, par charte donnée au mois de juin 1248.

## CCLXII

## DE VENDITIONE ROBERTI DE SANCTA GEMMA (1)

Juillet 1248

Robert de Sainte-Gemmes, partant pour Jérusalem, vend à Marmoutier huit septiers de terres à la Galardière.

Uniuersis — decanus vindocidensis — Robertus de Sancta Gemma armiger, Jerosolimam proficiscens, recognouit vendidisse abbati et conuentui majoris monasterii octo sextariatas terre in territorio et dominio dictorum monachorum prope la Galardière, precio X libris — mense julio 1248.

(1) Arch. d'Indre-et-Loire, H. 210. — « Arch. de Marmoutier, dixme de la Poterne. »
(1) Gaignières, 5441², p. 344.

# CCLXIII

## DE DOMO SANCTI MEDARDI ET MOLENDINIS DE CAPPA (1)

Février 1248/9

« Cession de l'usufruit de la maison de Saint-Médard, proche Vendôme, et des moulins de la Chape, à l'archidiacre de Vendôme, par l'abbé et les religieux de Marmoutier. » (Inscrit au dos du parchemin.)

Omnibus presentes litteras inspecturis M. miseratione diuina carnotensis episcopus, salutem in Domino. Nouerint vinuersi quod magister Petrus burdegalensis, in ecclesia carnotensi archidiaconus vindocinensis, in nostra presentia constitutus recognouit quod religiosi uiri G. abbas et conuentus maioris monasterii turonensis dederunt et concesserunt eidem archidiacono, siue archidiaconatum predictum teneat, siue dimittat, quamdam domum cum suis pertinentiis sitam, ut dicitur propre Uindocinum, que dicitur domus sancti Medardi. Recognouit etiam idem archidiaconus se acquisiuisse quedam molendina, que dicuntur molendina de Capa, que molendina idem archidiaconus uoluit et concessit esse in perpetuum predicte domus, post decessum ipsius archidiaconi, ita scilicet, quod quicumque post decessum dicti archidiaconi dictam domum tenebit, reddet singulis annis predictis abbati et conuentui quinquaginta solidos turonenses, pro anniuersario predicti archidiaconi in ecclesia maioris monasterii annuatim sollempniter celebrando. Recognouit etiam dictus archidiaconus, quod ipse domum predictam, cum pertinentiis et molendinis antedictis, possidebit quamdiu uixerit et tenebit, et fructus prouentus et exitus ex eis percipiet et leuabit, et de bonis que de predicta domo cum pertinentiis et molendinis antedictis receperit quamdiu uixerit, poterit tam in morte quam in uita suam facere uoluntatem, et post ipsius archidiaconi decessum, dicta domus cum pertinentiis et molendinis antedictis et aliis meliorationibus quibus cumque in ea a dicto archidiacono factis, dictis abbati et conuenti quita et libera reuertetur. In cuius rei testimonium

(1) Titre en parchemin, au dos : « De P. B. (Petro Burdegalensi) super molendinis de Capa prope Vindocinum conventui debitis. » Résumé en français dans un registre des archives d'Indre-et-Loire, H. 225, Pitancerie, f. 29 v°.

et munimen, presentes litteras predictis abbati et conuentui, ad petitionem prefati archidiaconi, sigillo nostro dedimus sigillatas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mense februario.

## CCLXIV

## DE QUITTATIONE V SOLIDORUM AB HERVEO GROSVILLEIN — « DE MOREIS » (1)

1249

Hervé Grosvillein fait remise de 5 sols de rente annuelle, au prieur de Morée.

M...., miseratione diuina episcopus Carnotensis (2), vniuersis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Nouerint uniuersi quod, cum contentio verteretur inter priorem de Moreis, ex una parte, et Herueum dictum Grosuillein armigerum ex altera, super eo quod dictus Herueus armiger dicebat sibi deberi a priore de Moreis, quicumque pro tempore esset in dicto prioratu institutus, quinque solidos annui redditus ratione dicti prioratus; dicto priore in contrarium asserente. Tandem de bonorum virorum consilio, quitauit dictus Herueus dicto priori, si quid juris habebat uel habere poterat in dicto prioratu, ratione dictorum quinque solidorum, promittens fide in manu nostra prestita corporali, quod per se vel per alium in dicto prioratu, quantum ad predictos quinque solidos annui redditus pertinet, nichil in posterum reclamabit, nec dictum priorem uel eius successores, occasione dictorum quinque solidorum, de cetero molestabit. In cuius rei testimonium et munimen, ad peticionem dicti Heruei, presentes litteras dicto priori dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° quadragesimo nono, die martis post Penthecostem.

(1) Titre en parchemin aux Arch. de L.-et-Ch., sceau perdu. — Le *Cartulaire Dunois*, n° CCLI, p. 231, a inséré un extrait de cette charte, d'après le mss. $5441^{2}$, p. 145.

(2) Matheus. — D. Ans. Lemichel, l. c., pag. 230.

## CCLXV

## DE SILVA CALVI MONTIS

1249

« Vidimus d'vne composition par laquelle Mathilde, comtesse de Chartres, assigne aux religieux de Marmoutier vingt livres de rente sur son péage de Chaumont, pour leur tenir lieu du droit d'usage, qu'ils avoient dans la forest dud. Chaumont, du mois d'avril 1249 ; et vidimé le mois de mai suivant. En latin, parchemin, où il paroit avoir eu vn sceau. » (1)

Excisa Calvi montis sylva, non parvis damnis iura et res Majorismonasterii affecit, quæ iussa est resarciri Mathildis, Carnotensis comitissa, Calvi montis et Ambasiæ domina, Richardi Bellimontis vidua. 1249. (2)

## CCLXV (bis)

## VENDITIO MICHAELIS BARDET (3)

1250

Lettre vidimée par laquelle Michel Bardet, Pétronille sa femme et autres, vendent aux religieux abbé et couvent de Mairmoutier, tout ce qui leur appartenoit au moullin du Sentier, assis entre le chemin de la Croix et le plaissis desdits religieux, au mois d'auril 1250. » Cotté I. *Conservé.*

## CCLXVI

## « DE PACE INTER NOS ET ABBATEM DE STELLA SUPER DECIMIS NOUE VILLE » (4)

1250

Transaction entre Marmoutier et l'abbaye de l'Etoile, par laquelle cette dernière s'engage à payer, dans la grange du Mesnil, paroisse de Neuville, différentes dîmes en blé, et renonce à tous les droits de seigneurie qu'elle peut avoir dans ladite paroisse.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, frater Guillelmus Dei gratia abbas de Stella, et eiusdem loci conuentus humilis ordinis

(1) Invent. des titres de Chousy de 1758.

(2) Dom Chantelou, mss. latin 13900, fol. 110, v°. (Bibl. Nation.)

(3) Arch. départ. d'Indre-et-Loire, H. 210, f. 156.

(4) Archives d'Indre-et-Loire, H. 290, titre en parchemin.

premonstratensis, carnotensis dyocesis, salutem in Domino. Noueritis quod cum diu uentilata esset contentio inter nos ex vna parte, et religiosos uiros abbatem et conuentum maioris monasterii turonensis, ex altera, super eo quod ipsi petebant a nobis decimas tam nouas quam veteres in terris nostris dou Mesnil, et landas sitas desuper vallem Andree in parrochia de Nouavilla (1) et in tuscis de la Fretière et dou Mesnil nemus mortuum, ad vsum ipsorum et hominum suorum, et ibidem habere pasturam. Ittem vnam peciam terre site propre caudam stanni nostri superioris cum noa adiacenti; que omnia dicebant de iure ad se pertinere, nobis contrarium asserentibus. Tandem de bonorum uirorum consilio inter nos et ipsos super premissis fuit compositum in hunc modum : videlicet quod nos predictis abbati et conuentui MM. turonensis, uel eorum mandato, persoluemus annis singulis de cetero infra festum beati Remigii in grangia nostra dou Mesnil, in parrochia de Nouauilla, nouem sextarios frumenti boni et legalis sex denariis minus de lista. et nouem sextarios siliginis auene duobus denariis minus de lista, ad mensuram castri Reginaldi. Ittem terragium et omne jus et dominium quod habebamus in terra de Charruau, sicut includitur inter cheminum quod ducit de Noua uilla versus ulmum de Trocheto, et de vlmo eodem versus le Mesnil, eisdem abbati et conuentui MM. quita et libera remanebunt et ea possidebunt sine contradictione alicuius et percipient pacifice in perpetuum et quiete. Habebunt etiam duo arpenta terrarum in landis predictis sitis desuper uallem Andree quiete et sine redibitione qualibet. Pallus autem ante portas stanni predicti iterum ponetur ad liuellum alterius palli existentis in cauda eiusdem stanni, secundum quod ordinatum exstitit inter nos et ipsos, a domino Guillelmo de Nozilliaco quondam canonico turonensi, eadem ordinatione seu compositione in suo robore permanente. Omnia vero predicta, uidelicet decime dou Mesnil tam noue quam veteres, lande predicte, exceptis dictis duobus arpentis, tusce de la Fretière et dou Mesnil, pecia terre cum noa, sine reclamatione dictorum abbatis et conuentus MM. uel suorum hominum nobis quita et libera de cetero in perpetuum remanebunt. Si uero contigerit nos adquirere de nouo terras aliquas in parrochia memorata, ipsi abbas et conuentus majoris monasterii in eisdem possent ius suum ante reclamare. Que omnia firmiter et fideliter in perpetuum obseruanda nos bona fide promi-

(1) Neuville, canton de Chateaurenault (Indre-et-Loire), limitrophe de la commune d'Authon, où se trouve l'abbaye de l'Etoile.

simus hinc et inde. In cuius rei testimonium et muniminem presentibus litteris sigilla nostra dignum duximus apponenda. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, mense julio.

## CCLXVII

## RATIFICATIO ABBATIS PREMONSTRATENSIS (1)

1250

Ratification de la susdite transaction par Jean, général des Prémontrés.

Vniuersis Xristi fidelibus presentes litteras inspecturis, Johannes Dei permissione abbas premonstratensis, salutem in Domino. Noueritis quod nos compositionem habitam inter uiros religiosos Guillermum abbatem Stellensem et eiusdem loci conuentum ex una parte, et viros religiosos abbatem et conuentum MM. turonensem, ex altera, super eo videlicet quod dicti abbas et conuentus MM. turonensis petebant ab ipsis abbate et conuentu Stellensi decimas tam nouas quam veteres in terris suis dou Mesnil et landas sitas de super vallem Andree in parrochia de Noua uilla, et in tuscis de la Fretière et dou Mesnil, nemus mortuum ad usum suum et hominum suorum, et ibidem habere pasturam. Ittem vnam peciam terre site prope caudam stanni superioris dictorum abbatis et conuentus Stellensis, cum noa adiacenti; quae omnia dicebant dicti abbas et conuentus MM. turonensis de iure ad se pertinere, dictis abbate et conuentu de Stella in contrarium asserentibus, sicut in scriptis super hoc confectis plenius continetur; pensata vtilitate Stellensis ecclesie, que est nostra filia specialis, laudamus, approbamus et quantum in nobis est sigilli nostri munimine confirmamus, ratum habentes et gratum quicquid super compositione premissa de bonorum virorum consilio extitit ordinatum. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, mense octobri.

(1) Archives d'Indre-et-Loire, H. 290.

## CCLXXVIII

## CONCORDIA DE NOVALIBUS APUD LANCEIUM

1250

*Accord avec Reignauld, abbé de la Trinité, au sujet des dîmes novales de Lancé et du pressoir de la Chèze.*

Uniuersis Raginaldus, diuina misericordia humilis abbas vindocinensis, — conueniens cum abbate et monachis majoris monasterii, super decimis noualium in territorio de Lanceio. — Anno Domini 1250, bie mercurii post festum beati Martini estiualis. (1)

Et ailleurs :

Raginaldus S. Trinitatis abbas anno 1250, 3 februarii, compromissum dat in lite contra maioris monasterii monachos, occasione novalium in territorio de Lanceio, et pastu quem in torculari de Cheza Vindocinensium Vindocinenses petebant a Marmonteriensibus, tempore vindemiarum. — Alterum exemplar eiusdem abbatis eodem anno datum et sigillatum extat continens iteratum compromissum super hanc controversiam ; et adhuc mense Julio. (2)

## CCLXVIII bis

## DE RECOGNITIONE CENSUS AB ABBATE VINDOCINENSI (3)

1249

Lettre par laquelle R(aginaldus), abbé de Vendome recognoit debuoir à l'église de Marmoutier, 20 sols de cens, au jour de la Nativité Notre-Dame, rendus au Sentier, 1249. Cottée E. Anéantie.

(1) Gaignières, $5441^2$, f. 472.
(2) D. Ans. Lemichel, l. c., p. 223.
(2) Arch. d'Indre-et-Loire, H. 210, f. 164.

## CCLXIX

## DE CONCORDIA CUM JOANNE DE ESTOTAUILLA (1)

1249

Jean d'Estouteville, sa femme et ses enfants délaissent les droits qu'ils réclamaient sur les biens du prieuré de Lancé.

Uniuersis — ego Johannes de Estoteuilla miles, dominus de Boscheto et Agnes vxor mea salutem. — Cum contentio uerteretur inter nos et abbatem et majus monasterium, super haiis territorii de Lanceio, — tandem compositum extitit; nos vendemus ad presens omnes haias predictas eis. - Prebuerunt assensum Robertus primogenitus noster, Radulphus et Astulphus filij mei. — Sigillorum nostrorum — anno Domini 1249, mense madij.

Et ailleurs :

« Nobilis vir Iohannes d'Estouteuilla dominus du Bouchet, alibi de Valemont (1251), et Agnes eius vxor, transigunt pro vsu prioratus de Lanceio, in nemoribus et pasnagio porcorum, de quibus supra, locum 12 arpennorum dando monachis pure et libere, consentientibus eorum filiis Roberto primogenito, Radulfo et Astulpho, 1249. Quod Innocentius IV expressa bulla confirmat, anno 7° pontificatus, 18 kal. januarii. (Iohannis scutum est leo erectus.)

## CCLXX

## DE JUSTITIAE SENIORIS IMMUNITATE — « DE LANCEIO » (2)

20 janvier 1249

Lettres monitoires de l'official de Chartres, contre Jean d'Estouteville, portant défense d'exercer sa justice dans le prieuré de Lancé, contre son immunité.

Officialis curie Carnotensis de Lanceio et de Cuchereio presbiteris, salutem in Domino. Ex parte prioris de Lanceio nobis extitit intimatum, quod senescallus prepositi et seruientes nobilis viri Johannis de Estouteuille militis, causas seculares, in quibus iudicatum sanguinis sit, in domo dicti prioris et in atrio suo et in cimiterio ecclesie dicti prioratus tractant; contra libertatem et immunitatem ecclesie et in preiudicium et grauamen prioris supradicti : hinc est

(1) Gaignières, 5441², f. 471, prieuré de Lancé : « Scellé de deux sceaux de cire blanche. Voir nos planches. — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 223. Lancé.

(2) Titre en parchemin aux Archives de Loir-et-Cher, sceau perdu.

quod vobis mandamus quatenus ex parte nostra inhibeatis dictis senescallo, prepositis et seruientibus, ne ipsi presumant tractare de cetero dictas causas in dictis locis ; et si ipsi senescallus, prepositi et seruientes, contra inhibitionem vestram, immo potius nostram attemptauerint uenire in aliquo, tractando de cetero dictas causas in dictis locis, quos ex tunc excommunicamus, denuntietis excommunicatos, nisi causam protenderint jre ad desistendum a premissis minime teneantur. Quam causam si protendunt, citetis ipsos personnaliter, vel per procuratorem sufficienter instructum, coram nobis Carnoti ad centum diem. De quo vt de nominibus citatorum nos per vestras litteras certificetis, nobis et dicto priori, super premissis rescissuros (?) reddere litteras sigillatas, pro inhibitione facta in prima cauda vacua, et pro excommunicatione in secunda cauda uacua, et pro citatione in vltima cauda uacua, sigillum vestrum presentibus apponendo. Ad hoc autem faciendum alius vestrum alterum non expectet. Datum anno Domini M° CC° XL nono, die jouis, in festo beatorum Fabiani et Sebastiani.

## CCLXXI

## QUOMODO DOMINUS DE ESTOUTAVILLA NON FUIT ABSOLUTUS (1)

1251

L'official de Chartres, vu le défaut de cautions dignes de foi, refuse de lever l'excommunication du sieur d'Estouteville et de ses adhérents, coupables d'avoir pillé les biens et brisé les portes du prieuré de Lancé.

Officialis curie Carnotensis viro venerabili et discreto Johanni de Bogeual balliuo andegauensi, salutem in Domino. Noueritis quod nobilis uir Johannes de Estoutauilla miles, et prior de Lanceio, die jouis in cena Domini, comparuerunt coram nobis Carnoti, et dicta die jovis petiit dictus miles a nobis se et seruientes suos et homines absolui, et a priore predicto petiit coram nobis quod dictus prior procuraret ipsum militem et predictos seruientes et homines absolui, ad proprios sumptus dicti prioris, prout dicto militi idem prior promiserat, ut dicebat idem miles. Qui miles dicebat se, et predictos seruientes, et homines esse excommunicatos ad instanciam abbatis et conuentus maioris monasterii, et dicti prioris, pro captione rerum prioratus de Lanceio, et pro fractione domus eiusdem prioratus. Predictus uero prior dicta die dixit coram nobis, quod fideiussores

(1) Titre en parchemin aux Archives de Loir-et-Cher, était scellé sur queue simple.

ydoneos inuenire non poterat ibidem in presenti de emendis pro ipso milite et suis nobis soluendis, per quos dictos militem et suos absolueremus, praeterquam Theobaldum Chaillou, ciuem Carnotensem, qui Theobaldus dixit se velle fideiubere pro dicto priore usque ad viginti libras turonenses, et quemdam armigerum, qui vocatur Matheus dongaretil, vt dicebat, qui nobis tamen erat ignotus, quos fideiussores, qui sic se offerebant, reputabamus minus ydoneos, quantum ad emendas predictas, cum essent tresdecim persone, quantum ad premissa excommunicate, et totidem debeantur emendare. Dixit etiam idem prior quod paratus erat dare alios ydoneos fideiussores pro dicto milite et suis, de emendis predictis nobis soluendis in manu decani vindocinensis, uel alicuius presbiteri, cui in predictis illis hoc committeremus, dicente dicto milite quod hoc uobebat, nisi ipsa die jouis ipse et sui absoluerentur, nos uero hiis auditis diximus dicto militi quod parati eramus ipsum et suos absoluere, secundum sacramentum ecclesie, quatenus ad excommunicationes predictas. Quibus actis, dictus miles et sui, qui presentes erant, gagiauerunt emendas in manu nostra pro excommunicationibus predictis, et cum dictus miles nollet nobis dare plegios ydoneos de emendis nostris, ut dixerat dictus miles, nec etiam seruientes aut homines sui, nec dictus prior pro ipso milite et suis in presenti posset dare plegios preterquam duos plegios predictos, ut dicebat dictus prior, dictus miles et sui a nobis non absoluti recesserunt, et hoc vobis significauimus. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo primo, die jouis supradicta.

## CCLXXII

## QUOMODO JOHANNES DE ESTOUTAVILLA ARBITRIO SE SUBMITTIT (1)

1251

A la prière d'Alphonse, fils du roi de Jérusalem, Jean d'Estouteville promet de se soumettre à la sentence des arbitres.

Johannes de Estoutouille dominus de Valemont, omnibus hec visuris salutem in Domino. Notum facio quod ego ad instanciam et preces illustris viri Alfonsi, filij clare memorie J. regis Jerusalem,

(1) Gaignières 5441², fol. 421. « Scellé en cire blanche. » — D. Ans. Lemichel, l. c, p. 224.



76 78 80 82

77 79 81 83

PL. XXI

comitis *Augi (?)* super omnibus contencionibus inter me et virum religiosum abbatem majoris monasterii, et priorem de Lanceio, tam coram officialem Carnotensem, quam coram domno comite Andegauensi motis, dicto et ordinacioni dicti domni comitis Augi, et dicti abbatis majoris monasterii me supposui, bona fide promittens et me obligans, sub ypotheca rerum mearum, tenere et seruare quidquid dixerint seu ordinauerint inter nos, super contentionibus predictis, termino illius mensis durante, usque ad festum B. Remigii proxime uenturum, nisi de consensu parentum uel amicorum nostrorum ulterius prorogetur. Actum anno Domini 1251, in crastino b. Martini estiualis.

## CCLXXIII

## COMPROMISSUM DE ARBITRIO INTER NOS ET JOANNEM DE ESTOUTAVILLA — « DE LANCEIO » (1)

1251/2

« Compromis des religieux de Marmoutiers sur violences à eulx faittes au prieuré de Lancé, par Jean d'Estouteuille, son sénéchal et autres. » (Sommaire écrit au dos du parchemin.)

Uniuersis presentes litteras inspecturis, fratres capituli maioris monasterii turonensis, et frater Gaufredus permissione diuina eorum minister humilis, salutem in Domino. Noueritis quod cum inter nos ex vna parte, et nobilem virum dominum Johannem de Stoteuilla militem, et Agnetem eius vxorem ex altera, diu fuisset agitata materia questionis, super hoc videlicet, quod ipsi seu eorum uir, scilicet Thomas dictus canis, senescallus eorum, et eius complices, anno Domini M° CC° quinquagesimo, circa festum beati Thome apostoli, per violenciam et cum armatorum multitudine accesserunt ad prioratum nostrum de Lanceio, et portas anteriores et hostia officinarum eiusdem loci fregerunt, et violenter intrarunt, nec non bona ibidem inuenta, videlicet bladum, vinum, carnes, equos, pecora, culcitas, supellectilia, vtensilia et alia ceperunt, occupauerunt, extraxerunt et consumpserunt iniuste, usque ad valorem trecentarum librarum, ut dicebamus, et super hoc etiam quod vir ipsius nobilis scilicet

(1) Titre en parchemin aux Archives de Loir-et-Cher, était scellé de deux sceaux. — D. Martene, Hist. mss de MM., t. 2, p. 137.

dictus senescallus, et alii qui cum eo erant, manus iniecerunt temere uiolentas in fratrem Philippum tunc priorem, monachos, seruientes et homines prioratus eiusdem, et super hoc quod idem nobilis et eius vxor se conquerebantur quod idem prior, et illi qui erant cum ipso tunc, in dictum senescallum et suos manus iniecerant similiter uiolentas. Tandem prudentis uiri consilio mediante, hinc inde compromiserunt in viros venerabiles et discretos magistros Nicholaum transligerensem archidiaconum ecclesie turonensis, et Johannem castellanum de Vindocino, pena centum marcharum argenti ab utraque partium apposita soluendarum a parte nolente conuentioni partium dicto seu sententie arbitrorum parti parere volenti, siue etiam ab illa per quam staret quominus arbitri arbitrio procederent supradicto. Concessum etiam exstitit et promissum a predicto nobili et eius vxore, quod ipsi primo et antequam procedatur in arbitrio supradicto, reddant siue restituant ipsis abbati et conuentui uel eorum mandato, capta, occupata, extracta integre, et consumpta in prioratu et a prioratu predicto, per dictum senescallum et alios complices suos, uel estimationem predictorum, et quod de predictis uel eorum estimacione cederet sine aliqua alia probatione uel difficultate, iuramento dicti prioris prestando in animam suam, coram ipsis arbitris, cum duobus ex monachis et familia tunc secum existentibus. Qui duo, preter iuramentum ipsius prioris, per sacramenta sua dicerent quod credunt quod idem prior bonum sacramentum prestitit et legale. De iniuriis uero, violentiis, fractionibus et damnis irrogatis in res et circa res prioratus eiusdem, a dictis senescallo uel aliis, inquirent ipsi arbitri plenius ueritatem, summarie et de plano et sine aduocatorum uel iudiciorum strepitu, et hinc inde sub pena predicta obseruare tenemur quicquid ipsi arbitri, super hiis alte et basse ordinauerint, et contenti erimus pro dicto senescallo et aliis satisfactione uel emenda, quae nobis adiudicanda uel concedenda duxerint, contra predictum nobilem et eius vxorem. De iniuriis uero, contumeliis, personis ad inuicem irrogatis, et de iniectione manuum uiolenta, uolumus et consentimus quod dicti arbitri, inquisita super hoc ueritate summarie, ut dictum est, et de plano, facta collatione et compensatione earumdem iniuriarum ad iniurias ad inuicem, pars que magis culpabilis et iniuriosa inuenietur, ad ipsorum arbitrium, parti alteri condempnabitur et punietur. Poterunt et dicti arbitri conuenire et in predictis procedere et citare partes coram se ubi uiderint expedire. Si autem contingeret quod iidem arbitri essent discordes in predictis uel in aliquo premisso-

rum, volumus et consentimus hinc inde quod vir venerabilis et discretus Guido, decanus sancti Martini turonensis cum predictis arbitris uel altero predictorum ordinet de discordia alte et basse prout superius est expressum. Et nos quicquid super hiis ordinanda seu statuenda cum ipsorum altero duxerit sub amissione pene predicte obseruare promittimus et tenemus. Debet autem dictum arbitrium terminari infra instantem ascensionem Domini. In cuius rei memoriam presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo primo, mense januarii.

## CCLXXIV

### BULLA INNOCENTII PAPÆ IV, CONFIRMANTIS JUDICIUM LATUM CONTRA COMITEM BLESENSEM (1)

15 Juin 1249 — 13 Juillet 1249

Le pape Innocent IV confirme le jugement prononcé par le Cardinal délégué contre le Comte de Blois, qui est débouté de toutes ses réclamations et blamé de ses violences.

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui maioris monasterii turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes apostolica piis votis, et honestis potentium precibus favorem benivolum impertiri. Cum igitur causam inter vos, ex parte una, et nobilem virum comitem blesensem, ex altera, super eo quod idem comes quædam hostia ejusdem monasterii fregerat violenter, dampnis vobis illatis ab ipso et aliis rebus, exortam, dilecto filio nostro P. titulo sancti Marcelli presbytero cardinali duxerimus committendam, idem cardinalis, quibusdam positionibus ex parte ipsius comitis factis, ac nobis etiam recitatis, de speciali mandato nostro interloquendo sententialiter pronuntiavit positiones easdem non esse aliquatenus admittendas ; quedam nichilominus pro monasterio vestro decernens, prout in ipsis litteris confectis exinde plenius continetur. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod super

(1) Dom Housseau, VII, n$^{os}$ 2979 et 2992 : « Titre incomplet. — On lit sur la bulle : Innocentius papa IIII. — Extrait des archives de MM. » — Salmon IV, n° 1320.

hiis factum est a cardinali prædicto, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, litterarum istarum tenorem de verbo ad verbum facientes presentibus inseri ad cautelam, qui talis est.

« In Dei nomine, Amen. Cum causa quæ vertitur inter nobilem virum J. comitem blesensem, ex una parte, et abbatem et conuentum maioris monasterii, ex altera, super eo quod abbas et conuentus dicebant ipsum comitem per se vel per suos satellites portas anteriores monasterii predicti, et hostia quarumdam officinarum ipsius monasterii fregisse per violentiam, et quædam bona ipsorum consumpsisse, et violenter auctoritate propria occupasse, et custodes in monasterio seu abbatia posuisse, nobis P. miseratione divina titulo sancti Marcelli presbitero cardinali a domino papa audienda commissa fuisset, lite coram nobis legitime contestata, factis quibusdam positionibus ex parte monasterii predicti, et datis a parte altera responsibus ad easdem; tandem ex parte dicti comitis fuerunt quedam positiones oblatæ, inter cætera continentes quod ipse et comites blesenses, qui pro tempore fuerunt antecessores sui, fuerunt in quasi possessione percipiendi gistam in dicta abbatia, tanto tempore a quo non extat memoria. Inde petebat pars comitis procuratorem prefati monasterii compelli illis positionibus respondere. Ad quod ex parte monasterii fuit propositum quod ille positiones non erant admittendæ, nec respondendum erat ad eas, quia etsi de eis constaret per confessionem partis monasterii, in nullo per hoc intentio comitis juuaretur, quia etsi comites blesenses, qui pro tempore fuerunt antecessores dicti comitis, fuissent in quasi possessione percipiendi gistam in dicta abbatia, a tanto tempore a quo non extat memoria, tamen per hoc non licuit comiti, nec licere potuit auctoritate propria portas monasterii aut officinarum hostia frangere, aut ipsius bona monasterii capere violenter, aut etiam custodes in monasterio seu abbatia ponere. Cumque super hiis coram nobis fuisset aliquandiu disputatum, et etiam coram domino papa a parte utraque fuerit allegatum, cum per confessionem procuratoris comitis constet de violentiis factis monasterio, tam in fractionibus, quam in quorumdam bonorum occupationibus, quam etiam de custodum positione in quadam domo, infra septam abbatiæ, de dicti domini papæ speciali mandato, interloquendo pronuntiamus supradictas positiones nullatenus admittendas, decernentes nichilominus quod dicto comiti non licuit auctoritate propria per violentiam officinarum hostia aut portas monasterii frangere, aut bona ipsius

monasterii in ipso monasterio capere seu diripere violenter, nec etiam monasterii immunitatem infringere, etiamsi procuratio sive gista sibi in dicto monasterio deberetur. In cuius rei testimonium et cautelam presens scriptum per Petrum infrascriptum notarium autenticari jussimus, et nostri sigilli munimine roborari. Actum Lugduni, presentibus fratre Gaufrido monacho procuratore dictorum abbatis et conventus, et Ph. de sexcampis procuratore dicti comitis, et testibus infrascriptis, videlicet: Magistro Guillelmo dicto Torret, capellano domini papæ, Arnaldo de Valetes, Ferrico canonico Belneri, presbitero Johanne curato ecclesiæ sancti Quiriaci, R....., dicti domini cardinalis capellanus, magistro Octobono de Mediolano advocato, Terrico clerico procuratore.... episcopi Trecensis, et Bartholomeo de Gersino notario, et quampluribus aliis, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, indictione septima, XVII kal. julii, tempore domini Innocentii papæ quarti, anno sexto.

Ego Petrus sacrosancte romane ecclesie notarius...... prolationi predictæ interlocutoriæ interfui et eam de mandato, etc.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, nec ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum Lugduni III idus julii, pontificatus nostri anno septimo.

« Sur le sceau en plomb: Innocentius PP. IIII. »

## CCLXXV

## QUALITER COMES BLESENSIS VEXATUS SIT MONACHOS MAIORIS MONASTERII

Vers 1250

Geoffroy de Conan, abbé de MM., s'étant opposé aux exigences du comte de Blois, celui-ci brise les portes des offices du couvent, maltraite les religieux, s'empare des revenus, fait saisir l'abbé et le retient pendant sept ans prisonnier dans son château de Guyse, etc., etc.

I. — Tempore (Gaufridi de Conan abbatis) comes blesensis venit intus, et volebat habere unam procurationem cum gista, quas proferebat in ista abbatia quolibet anno sibi deberi. Sed reuerendus abbas predictus, ut pugil bonus, murum pro ecclesia sua se opposuit, hæc omnia illi denegavit. Qua de re dictus comes, consilio pravæ gentis in iram commotus, frangi fecit ostia coquinæ,

cellarii, hostellariæ, et quod pejus fuit, religiosos et eorum servitores verberari fecit. Nec his maleficiis contentus, addidit mala malis. Nam in comitatu blesensi, et in Turonia, et in omni loco ubi tyrannicum posse suum potuit se extendere, bona et redditus hujus abbatiæ per suas gentes capere, et more lupino rapere faciebat, sicque hæc ecclesia, beatissimi Martini discipula, nil valebat ex his percipere. Insuper duo religiosi hujus abbatiæ inter Fontem Mella et Chosiacum fuerunt per gentes dicti ducis projecti a summo unius altissimæ rupis, usque ad ima corruentes quasi mortui vel semivivi. Tandem præfatus comes his facinoribus adhuc non contentus, tanquam peccator in profundum malorum descendens, animæ propriæ salutem contempsit taliter quod prefatum abbatem nostrum per suas gentes insidiari et capere fecit, et latenter ducere ad castrum suum de Guyse nuncupatum, et ibidem per spatium septem annorum exstitit incarceratus. Et sic illo septennio durante, boni religiosi nescientes ubi exstiterat eorum abbas, in magna tristitia et dolore erant constituti. Ideo de die in diem processiones peragebant, orationes ad Deum humiliter offerendo, ut ipse suum abbatem in prosperitate, et ecclesiam eorum in tranquillitate eisdem restituere dignaretur. Quia non obstante quod prædictus comes abbatem præfatum furtive tenuisset incarceratum, nihilominus, ut jam dictum est, in omni loco, ubi suum posse valebat se extendere, conventum hujus monasterii bonis abbatiæ pertinentibus gaudere non sinebat. Et sic in Britannia et Normannia religiosos opportebat victualia querere, cum magno dolore pariter et timore. Sed postea, nutu Dei permittente, contigit coquum dicti abbatis ad prefatum castrum de Guyse applicare, et dum castrum respiceret, dictus abbas per quamdam fenestram famulum suum vidit et cognouit. Et tunc suo nomine illum vociferavit, sic inquiendo sibi : Ego sum frater Gaufridus de Conan, sed quæso ut mihi dicas quomodo mei fratres religiosi se habent, et si de me amplius recordantur. Tunc famulus stupefactus, et de inventione domini sui lætus, dolens tamen de miseria ejusdem, gratias Deo retulit. Et tandem domino suo cum fletu dixit, quod sui religiosi eum quamplurimum desiderabant, et quod in magna desolatione erant constituti. Quo dicto famulus cito ad conuentum est reversus, omnia quæ inventa et dicta sunt eidem ennarravit. Tunc religiosi Deo et sanctis gratias agentes, absque mora dominum papam, nec non et dominum regem Franciæ adiverunt justitiam et remedium super his exquirendo. Sed cum prædicta ad prefati comitis auditum pervenissent, multum doluit, et adhuc

in sua malitia, velut alter Pharaon remanens, memoratum abbatem, oculis velatis, nec non manibus et pedibus ligatis, extra suos carceres deponere fecit. Et sic positus extitit in quodam fossato, propre prioratum de Sparnone. Sed contigit priorem ejusdem loci illam viam incedere. Tunc prefatus abbas illum audivit, et ipsum vociferavit. Quo viso et a priore cognito, cum admiratione maxima ad supradictum prioratum de Sparnone fuit ductus. Et tunc prior voluit sibi tradere equos et vestimenta, quæ omnia recusavit, dicendo quod in illo statu se ostenderet domino papæ et regi Franciæ. Sed sunt alia quamplurima historiam tangentia et ejus prosecutionem, quæ sic fuit onerosa et damnosa huic ecclesiæ, quod adhuc videtur se sentire (1).

II. — « Infesti fuere supramodum comites Blesenses monachis MM....... occasione procurationis et gistæ ..... Hoc enim titulo et iuris colore incurrit (comes) primum anno 1217 vel 1224 .....

« Anno 1237, Hugo comes monasterium ipsum manu armata impetit ... etc. (Voir le n° CCXLVI).

Anno 1238, Gaufredum abbatem cellam S. Petri in Bria, diœcesis Meldensis ex officio visitantem intercipit et obsidet.

Anno 1239, impetit iterum Majus monasterium Hugo; conqueruntur apud SS. Pontificem monachi. Cognitio causae delegatur abbati S. Nicolai andegavensi etc. (Voir le n° CCXLVI).

Anno 1240 ad 1244. — Spretis nihilominus Apostolicæ Sedis interdictis et minis, irruptiones in monasterium ad hospitium annuatim sibi debitum repetendum annis sequentibus continuat, annonam omnem asportat et abripit, sœvit in monasterii possessiones intra ditionis suae Blesensis fines positas.

Anno 1246, abbas et comes blesensis Hugo eius que filius Joannes controversiae suae arbitros diligunt tres cardinales, sed fidem minime tenuit Hugo.

Anno.... (1250) abbatem Gaufridum in Angliam proficiscentem intra ditionem comitatus S. Pauli intercepit Joannes comes blesensis, equis ac larcinis spoliavit et in vincula conjecit apud Guisium castellum .. etc. (2).

(1) Extrait du *Chronichon Abbatem MM.*, XIII^e siècle, édité par Salmon dans les Chroniques de la Touraine, 1854, f. 326.

(2) D. Chantelou, mss. latin 13,900, fol. 110 et sqq. (Bibl. Nat^le). Nous donnons in extenso les autres documents relatifs à cette cause célèbre et cités dans ce manuscrit, très imparfaitement publié par Paul Nobilleau.

# CCLXXVI

## BULLA INNOCENTII PAPÆ IV EXCOMMUNICANTIS JOHANNEM COMITEM BLESENSEM, QUAM PROMULGAT PETRUS ARCHIEPISCOPUS TURONENSIS.

1251 et 1252

Innocent IV, instruit des cruautés commises par le comte de Blois sur les religieux de Marmoutier, et surtout de l'emprisonnement de l'abbé, lance l'excommunication contre le persécuteur. L'archevêque de Tours la promulgue dans son diocèse, septembre 1252.

PETRUS Dei gratia turonensis episcopus, universis archidiaconis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum rectoribus, et prelatis in diocesi turonensi constitutis, presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Mandatum domini Papæ excepimus in hæc verba : « Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis, per regnum Franciæ constitutis, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Dolentes audivimus et universitati vestræ afflicto corde narramus, quod licet quondam Hugo, comes sancti Pauli et blesensis, se Dei et hominum constituens contemptorem, bona maioris monasterii turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, longis ac diversis temporibus multipliciter destruxisset, et post ipsius obitum persecutionis hujus salubriter finis debuisset imponi, tamen nobilis vir Johannes filius ejusdem comitis, suam et patris animam a pacis æternæ gaudiis facere gestiens alienam, dictum monasterium tirannica crudelitate persequitur, illius destruendo domos et bona dampnabiliter occupando, de quibus devotis Deo famulis in eodem monasterio constitutis deberet vitæ sustentatio pervenire. Amara sunt ista, sed amariora succedunt, scilicet quod dum quidam ex fratribus prefati monasterii, juxta castrum blesense, locum quidem cunctis viatoribus liberum et securum, et juxta morem, sine trepidatione transirent, quidam ex ministris ejusdem nobilis, sicut firma tenet credulitas plurimorum, celatis suis vultibus per tincturam, ut inferorum carnifices viderentur, in simplices et innoxios Christi famulos hostiliter irruentes, occiderunt ipsorum equos, et illorum

(1) D. Housseau, VII, n° 3023, arch. de MM., layette de la Grèneterie de Blois. — Salmon IV, n° 1824.

vitam precipitando ipsos de rupibus horridis extinguere sunt conati, supponente Domino manum suam, ut vita justorum cadentium non urgeret in occasum quanquam ex impetu precipicii multa fuerint lesione gravati. Quid plura ? Hic impius nobilis, non contentus una cum flagitioso patre, monasterium tam nobile, per multiplicis et annosæ destructionis instanciam, quasi ad nichilum deduxisse diebus istis, ac si tenebrorum principem sui penitus fecerit possessorem, dum dilectus filius abbas monasterii nominati, pro visitandis quibusdam prioratibus Angliæ, ad monasterium ipsum spectantibus, circa terram nobilis viri comitis sancti Pauli, fratris prædicti Johannis, dirigeret gressus suos, quidam perditionis filii, se ac suas facies sub armorum et galarum fraudulento velamine occultantes, dictum abbatem in inductionem ipsorum nobilium, prætermissis quibusdam magnatibus, constitutis sacrilegis manibus, solum capere, ac repulsis omnibus, qui sequi volebant, eumdem viliter et ignominiose, sine monacho et servitore aliquo, abducere presumpserunt, ipsius animam in eo durissime affligentes, quod eum in locis captivum detinent, quorum noticia non habetur. Cum autem tam enorme scellus pro eo precipue relinqui non debeat impunitum, quia in detrimentum libertatis ecclesiastice redundare dignoscitur, et ab aliis audacia perpetrandi similia firmatur, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus tam illos qui dictos monachos precipitare, ac ipsorum equos occidere, nec non et eos qui prefatum abbatem capere ac detinere taliter presumpserunt, aut etiam detinebunt eumdem, et ipsorum in hac parte consortes, ac omnes qui hujusmodi sacrilegos noverint, nisi eos infra competentem terminum, quem ad hoc duxeritis prefigendum post denunciacionem vestram, revelare procurent per totum regnum Franciæ, ac etiam extra illum, ubi expedire videritis, tamdiu singulis diebus dominicis et festivis, candelis accensis et pulsatis campanibus excommunicatos publice denuntietis, et faciatis per alios ecclesiarum prelatos sollempniter nunciari, donec abbas ipse restituatur libertati pristinæ, ac dicti sacrilegi ad sedem apostolicam venerint, pro meritis recepturi. Datum Brixiæ, V Kal. Octobris, pontificatus nostri anno nono. » Hujus igitur auctoritate vobis mandamus in virtute obedientæ firmiter injungentes, quatenus tam illos qui dictos monachos precipitare, ac ipsorum equos occidere, nec non eos qui prefatum abbatem capere ac detinere pariter presumpserunt, et ipsorum in hac parte consortes, ac omnes qui hujusmodi sacrilegos noverint, nisi eos infra mensem post denunciationem

vestram revelare procurent, in ecclesiis vobis commissis tam diu singulis diebus dominicis et festivis, candelis accensis et pulsatis campanis excommunicatos denuntietis, et faciatis per alios sollempniter nuntiari, donec dicti sacrilegi ad sedem apostolicam venerint, pro meritis recepturi. Datum mense septembri, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo. Quod autem inde feceritis nobis litteratorie rescribatis.

## CCLXXVII

## JUDICIUM LATUM CONTRA COMITEM BLESENSEM, ET NOVA CITATIO (1)

Mars 1251/2

Jean comte de Blois, et Guy comte de St-Paul, cités à Rome pour répondre de leurs violences et injures envers Marmoutier, n'ont point voulu comparaître, et sont condamnés à payer 20 livres dans le délai de 15 jours, sous peine d'excommunication, et sont de nouveau cités à comparaître dans le delai de trois mois.

......... venerabili in Xristo patri ... Dei gratia meldensi episcopo Petrus de Barro inspiratione ............ salutem in Domino cum ..... causa quæ inter religiosos viros abbatem et conuentum maioris monasterii ......... et nobilem virum quondam ....... comitem sancti Pauli ex altera super uariis violenciis dampnis et iniuriis ....... irrogatis, sicut asserunt ab ......... comite uerterant (?) post litem contestatam eodem comite uiam uniuerse carnis ingresso ....... papæ mandato dictos abbatem ac conuentum ac nobiles viros Johannem comitem blesensem, Guidonem comitem sancti (Pauli) ......... filios et heredes comitis predicti citaueritis peremptorie, sicut ex uestris litteris colligimus euidenter, ut infra ... ensium spatium post citationem uestram per se uel procuratores, cum omnibus iuribus et munimentis suis, causam huiusmodi ....... entibus domini pape se conspectui presentarent, facturi et recepturi quod ordo rationis dictaret. Nos adueniente termino in causa ....... pape datus auditor, cum pro parte nobilium predictorum nemine comparente, procurator abbatis et conuentus legitime consti........ comparens pro ipsis instaret, ut contra dictos nobiles diutius expectatos procedere deberemus, ipsos semel secundo et tercio et etiam pluries in ...... publica citari fecimus. Et licet pro dicto Johanne

(1) Titre en parchemin, déchiré au commencement, sceau perdu, Arch. de Loir-et-Cher.

comite blesensi, Philippus de Sexcampis procurator eiusdem comparuerit, ipsum tamen defendere recusauit, nemine alio pro ipso uel dictis nobilibus comparente, uel se offerente ad defensionem ipsorum. Vnde licet nos ad excommunicationis sententiam contra memoratum comitem blesensem procedere de iure possemus, volentes tamen eidem in hac parte deferre, ipsum taxatione prehabita et a procuratore ipsorum abbatis et conuentus, iuramento recepto, in viginti libris turonensibus eidem procuratori dictorum abbatis et conuentus nomine, duximus condempnandum. Quocirca paternitatem uestram rogamus et qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus ipsum comitem blesensem auctoritate nostra monere curetis, ut infra quindecim dies post monicionem uestram, predictam quantitatem pecunie dictis abbati et conuentui uel ipsorum procuratori persoluat. Quam si infra dictum terminum non constiterit esse solutam, ipsum quem ex nunc excommunicamus, ex tunc excommunicatum publice nuncietis. Guidonem autem comitem sancti Pauli et Gualcherum fratrem ipsius, quos propter ipsorum contumaciam manifestam excommunicationis uinculo innodamus, excommunicatos publice nuntietis. Ceterum blesensem et sancti Pauli comites et Galcherum predictos, ex parte nostra, per uos uel per alium procuratorie citetis, ut infra trium mensium terminum, quem eis duximus prefigendum, cum omnibus actis et munimentis ad ipsam causam spectantibus per se uel per procuratores ydoneos et sufficientes compareant coram nobis, facturi et recepturi super premissis quod ordo dictauerit rationis. Quicquid autem feceritis nobis uestris litteris hunc seriem continentibus curetis fideliter nunciare. Datum Perusii III nonas marcii, Pontificatus domini Innocentii papæ quarti anno nono.

## CCLXXVIII

## EXCAMBIUM CENSUS CUM DOMINA DE SOLDAYO, « DE LAVARDINO » (1)

Octobre 1252

Les moines de Marmoutier échangent 4 deniers de cens qu'ils avaient sur les fréres mineurs, pour 12 deniers et une obole dus à Isabelle dame de Souday.

Vniversis presentes litteras inspecturis, Guillelmus de sancto Martino miles, salutem in Domino. Noveritis quod cum Ysabella

(1) Original en parchemin, autrefois scellé de deux sceaux — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 478 — D. Villevieille, Trésor généalogique, art. Vendôme.

domina de Sodayo, soror mea, iure hereditario haberet et possideret quatuor denarios et obolum annui census, sibi debitos apud Vindocinum, super domo Matthei dicti Vasconis, et octo denarios annui census sibi debitos apud Vindocinum super quodam virgulto, sito retro domum Stephani Aluctarii, ad dictam domum pertinenti, sitam in parochia sancti Martini de Vindocino, et religiosi viri abbas et conuentus maioris monasterii turonensis haberent in perpetuum et possiderent quatuor denarios annuj census, qui sibi debebantur super quadam platea, quam Boninus pelliparius vendidit fratribus minoribus Vindocini. Tandem facta sibi cessione de predictis censibus ad inuicem, et etiam permutatione, sicut dicta Ysabella in nostra presentia recognovit. Concessit in perpetuum predicta Ysabella et dimisit coram nobis predictis religiosis omne jus, dominium et proprietatem, que in predictis quatuor denariis, et obolo, et octo denariis censualibus, seu occasione vel ratione eorumdem habebat vel habere poterat, habenda, tenenda, de cetero et eciam possidenda libere, pacifice et quiete, et quod census predicti ab illis qui predictam domum et predictum virgultum de cetero et in perpetuum tenuerint et habuerint, eisdem religiosis pacifice apud Vindocinum persoluantur perpetuo annuatim. Nos uero Guillelmus de Sancto Martino, in cuius feodo dicta domus et virgultum consistunt, predictam cessionem et censuum permutationem volumus, concedimus, approbamus, et promittimus eisdem religiosis, tanquam dominus feodalis, ius suum ibidem defendere et garantizare. Quantum ad hoc nos et heredes nostros imposterum obligando. In cuius rei testimonium et munimen, ad petitionem et voluntatem dicte Ysabelle, sororis nostre, presentes litteras dictis religiosis ad hoc dedimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo secundo, mense octobri.

## CCLXXIX

## CONFIRMATIO COMITIS VINDOCINENSIS (1)

1256

Bouchard, comte de Vendôme, seigneur de Lavardin et de Montoire, confirme le précédent échange.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Bucardus comes Vindocinensis et dominus Lavardini et Montis-aurei, salutem in Domino.

(1) Parchemin, aux arch. de Loir-et-Cher ; au dos : « De Lavardino — Pour le fief de Vendôme ». Sceau perdu.

Noueritis me litteras Guillelmi de sancto Martino militis, non concellatas etc... vidisse in hec verba : Uniuersis, etc. (Ut antea)..... Ego vero Bucardus, comes Vindocinencis, et dominus Lavardini et Montis-aurei, ad petitionem dictorum religiosorum, dictam cessionem et permutationem censuum predictorum approbo, concedo et confirmo, et presentem cartam sigilli mei in testimonium et munimen roboro. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

## CCLXXX

## DE VINEIS VOCBORSE ET DE MALLERI. — « DE LAVARDINO » (1)

Octobre 1253

« Accord fait par l'évesque du Mans, pour les vignes de Vecbourse et de Malery, entre le sieur de Lavardin et les religieux de Marmoutier, qui lui payeront huit sols moins deux deniers. » (Sommaire inscrit au dos du parchemin.)

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Gaufridus Dei gratia cenomanensis episcopus, salutem in Domino. Noueritis quod cum contencio uerteretur inter priorem et monachos de Lauardino ex vna parte, et Philippum de Lauardino militem ex altera, super eo quod idem miles in vineis, que uocantur Vocborse et de Maleri (2), sitis in feudo dicti militis, in parochia sancti Genesii, quas dicti prior et monachi tenent ab eo, ut asserit, ad octo solidos vindocinenses duobus denariis minus annui census, uolebat uendicare uendas et releuamenta, et quod dicti monachi extra manum suam ponerent uineas supradictas, priore pro se et suis monachis in contrarium asserente se non teneri ad aliquid predictorum, nisi ad dictos octo solidos duobus denariis minus, quos non nomine census, sed annue pensionis reddere tenebantur uineis supradictis. Tandem sano ducti consilio, ut strepitum judicii euitarent, in nos compromiserunt super contencione huiusmodi, fide ab eis in nostra manu, præstita corporali, et similiter ab Hugueto dicti militis primogenito, de fideliter obseruando quicquid uellemus alte et basse super hoc ordinare. Nos autem dictum nostrum proferimus in hunc

(1) Titre en parchemin aux arch. de Loir-et-Cher, sceau perdu — D. Villevieille, Trésor généalogique, Lavardin. — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 476.

(2) Le climat de Montmalery, encore vignoble, est situé paroisse de Villavard, sur l'ancien chemin de Lavardin à Vendôme, à une petite distance de Lavardin.

modum, quod hinc inde remissis arreragiis et quitatis omnibus, que hactenus de dictis uineis perceperat idem miles, dictus prior et alii priores, qui pro tempore erunt ibi, soluent annis singulis dicto militi et heredibus suis, ad festum decollationis beati Johannis, dictos octo solidos duobus denariis minus tantummodo, quocumque nomine censeantur, sub pena quinque solidorum cuiuslibet septimane qua dictorum denariorum solucio diferetur; quam penam, si commissa fuerit, tenebuntur reddere, et nichilominus debitum principale. Dicti uero miles et heredes eius nichil amplius iuris extra predictos denarios poterunt de cetero reclamare in uineis supradictis. Datum mense octobris, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio.

## CCLXXXI

## JUDICIUM LATUM A JUDICE DELEGATO DE QUERELIS COMITIS BLESENSIS (1)

2 Décembre 1253

Le cardinal Jean déclare nuls les droits prétendus du comte de Blois, sur l'abbaye et les prieurés de Marmoutier.

JOHANNES miseratione diuina sancti Nicolaj in carcere Tulliano diaconus Cardinalis, Uniuersis Xristi fidelibus in Perpetuum. Olim inter religiosos viros abbatem et conuentum maioris monasterii turonensis ex una parte, et primo quondam Hugonem comitem sancti Pauli et Blesis, et post decessum ipsius nobilem uirum Johannem natum eius, comitem blesensem ex altera, super grauaminibus, uiolentiis, et iniuriis quibus prefati abbas et conuentus dictum monasterium, tam in se, quam in prioratibus et aliis membris suis, per nobiles supradictos depressum esse dicebant, occasione giste seu procuracionis pretextu, quas dicti nobiles asserebant in dicto monasterio se habere. Orta materia questionis habitisque super querelis motis uariisque multis pro cessibus inter partes; nolens dominus papa quod monasterium ipsum, cuiuscumque iuris pretextu, quod idem nobilis Johannes scilicet in eo sibi forsan proponit competere, sub tot grauaminum

(1) Titre en parchemin aux archiv. de L.-et-Ch., fonds La Saussaye, qui l'a acheté, servant de couverture à un registre de commerce, à la vente de Mme Derré, épicière à Blois, Grande-Rue. Il est malheureusement lacéré en plusieurs endroits. — Gaignières, mss. $5441^{1}$, fol. 46, en donne le sommaire.

et iniuriarum aceruo deficeret, ac prouidere uolens............., ipsius nobilis non lederetur iusticia, et dictorum abbatis et conuentus dispendiis occurreretur remediis oportunis, discretis uiris officiali et magistro Michaheli archidiacono transligerensi in ecclesia andegauensi, per apostolica scripta mandauit, quatinus eundem nobilem per se uel per alium citare curarent, ut infra quatuor mensium spacium, post citacionem suam, quod ei pro termino peremptorio assignarent, per se uel per procuratorem idoneum sufficienter instructum, apostolico se representaret conspectui, experturus de iure si quod haberet in dicto monasterio coram eo, ac facturus et recepturus super aliis in litteris citationis contentis, quod ordo exigeret racionis. Sane dicti officialis et archidiaconus uolentes mandatum apostolicum exequi diligenter, per priorem sancte Genouefe parisiensis, cui super hoc commiserant uices suas, prefatum nobilem citari fecerunt, iuxta traditam eis formam, prout per eorumdem officialis et archidiaconj et prioris patentes litteras nobis constitit euidenter. Ceterum nos quem dominus papa concessit partibus auditorem, elapso citationis termino dicto nobilj per memoratum priorem indulto, fratre Johanne procuratore dictorum abbatis et conuentus petente a nobis instanter, ut in negotio quantum ordo iuris exigeret procedere deberemus, supradictum nobilem in publica audiencia pluries et peremptorie citari fecimus, ut per se uel procuratorem in nostra presencia compareret in eodem negocio processurus. Qui in terminis sibi datis, nec per se comparuit, nec pro eo idoneus defensor seu sufficiens procurator, parte altera comparente. Tandem dictus procurator dictorum abbatis et conuentus, peticionem in scriptis nobis offerens sub hac forma : Coram uobis, uenerande pater domine J. sancti Nicolaj in carcere tulliano diacone cardinalis, a domino papa partibus auditore concesso proponunt abbas et conuentus maioris monasterii turonensis, et frater Johannes ipsorum procurator, nomine eorumdem, contra nobilem uirum Johannem comitem blesensem, seu procuratorem ipsius eius nomine, quod idem comes asserens sibi quoddam ius in monasterio predicto competere, quod gistum uulgariter appellatur nec non et ponendi custodes in eodem monasterium predictum preter .......... (adirée) ..... dictorum per se et per alios uiolenter ingreditur, hostia et officinas ipsius uiolenter frangendo, ac bona ibidem inuenta diripiendo, et pro sua uoluntate consumendo, cum eidem .......... nec aliquod aliud in predicto monasterio competat, nec sit ei ius talia faciendi. Quare petunt predicto comiti uel procuratori eius super hiis perpe-

tuum silencium imponi, et declarari per uestram s.............. aliquod aliud nequaquam in prefato monasterio eidem comiti competere. Petunt etiam ipsum a predictis direpcione seu consumpcione compesci, et ipsum cauere ne de cetero talia ........ de dampnis illatis et interesse que non sunt in iudicio per alios libellos deducta sibi satisfieri, que extimant triginta milia librarum turonensium, et hec petunt saluo iure et cetera : postulauit instanter ....... diante iusticia procedere deberemus, pensata contumacia nobilis supradicti. Nos igitur memorati comitis contumaciam attendentes qui nec per se nec per alium legitime comparuit coram nobis, quatuor diebus et ultra post terminum expectatus, prius prestito iuramento a dictis abbate in animam suam, et fratre Johanne procuratore in sui et monachorum conuentus animas, quod calumpniose predicta non petunt, et speciali dominj pape mandato, decernimus et mandamus, ut occasione predictorum iurium, que dictus comes dicit se habere in dicto monasterio, non turbet ipsum monasterium, nec aliqua quasi-possessione dictorum iurium utatur, nisi prius probauerit predicta iura ad se pertinere. Nos etiam possessionem predictorum iurium, si quam habebat dictus comes, transferimus in monasterium supradictum, et ipsum monasterium ipsorum iurium uerum constituimus possessorem. In cuius rei testimonium hoc presens publicum instrumentum fecimus sigilli nostri munimine roborari. Actum me apud sanctum Grisogonum (1). IV nonas decembris, XII indictionis, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, pontificatus domini Innocentii pape IV anno vndecimo. Ego Bernardus de Luca (2), apostolice sedis auctoritate notarius interfui prolacionj interlocutorie supradicte, quam tulit dictus dominus Cardinalis, presentibus testibus infrascriptis, uidelicet uenerabilibus patribus archiepiscopo Armacano (3), episcopo columbriensi (4). C. electo beneuentano, religioso uiro abbate monasterii rothonensi, venetensis diocesis, et discretis uiris magistris ..... thesaurario columbriensi et Al ..... cantore armacano et pluribus aliis. De mandato dicti domini Cardinalis hoc presens scriptum propria manu scripsi, ac in publicam formam redegi, et signum meum apposui.

(1) San Chrisogono in Transtevere.

(2) De Lucques.

(3) Armugh, Islande.

(4) Coïmbre, Portugal.



84



85



86



87





88



89



90




91



92



93



94



95




96



97



98



99

P.L. XXII.

# CCLXXXII

## BULLA INNOCENTII PAPÆ IV PROMULGANTIS JUDICIUM PREDICTUM, QUO COMITEM BLESENSEM A PREDICTIS JURIBUS EXCIDISSE PRONUNTIAT

17 Decemb. 1253

Innocent IV confirme la sentence portée par le cardinal Jean, qui déclare le comte de Blois déchu de tous droits.

Innocentius episcopus servus servorum Dei..... dilectis filiis abbati et conventui majoris monasterii turonensis, salutem. — Cum post multos processus inter uos et quondam Hugonem S[ti] Pauli et Blesis primo, et post decessum ipsius nobilem virum Johannem, natum eius blesenses comites, super grauaminibus, uiolentiis et injuriis uestrum monasterium tam in se quam in prioratibus et aliis membris suis, occasione cujusdam giste seu procurationis, quam dicti comites asserebant in eodem monasterio se habere ; — dilectus filius prior S. Genovefe parisiensis, cui dilecti filii officialis andegauensis, et magister Michael, archidiaconus transligerensis in ecclesia andegauensi, per quos — citari nobilem mandaueramus eundem, super hoc vices suas commiserant. — Tandem dilectum filium nostrum J. S[ti] Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem super premissis partibus dedimus auditorem. — Dictus nobilis nec per se nec per procuratorem aliquem in ipsius Cardinalis presentiam comparere noluit. — 4[or] mensibus expectatis, dictus cardinalis de speciali mandato nostro decreuit atque mandauit, etc. — nos quod ab eodem cardinali factum est, — ratum habentes, apostolica auctoritate confirmamus, litterarum tenorem inseri facientes qui talis est : Johannes etc.... (ut antea) (1).

Une bulle d'Alexandre IV adressée à l'évêque d'Angers confirme incidemment la bulle du pape Innocent, son prédécesseur. Voici ce passage :

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri.... episcopo andegavensi salutem et apostolicam benedictionem (Après avoir ordonné à l'évêque d'Angers, à l'imitation du pape Innocent,

(1) Mss. latin 5441[4] f. 45, et D. Ansel. Le Michel, l. c , page 204.

son prédécesseur, de faire fournir des subsistances à l'abbé et aux religieux de Redon en Bretagne, qui étant exilés pour avoir soutenu avec vigueur les libertés ecclésiastiques, s'étoient retirés en Touraine; lesquelles subsistances devoient être levées sur les abbaies et prieurés de la Touraine, il ajoute) Unde predicti abbas et conventus majoris monasterii turonensis nobis humiliter supplicarunt, ut cum jpsi similem persecutionem passi fuerint propter justitiam et defensionem ecclesiasticæ libertatis, eximere eos ab hujusmodi provisionis onere, ne afflictis addatur afflictio, de benignitate solita curaremus, nos igitur attendentes afflictiones multiplices et pressuras quas nobilis vir Johannes comes blesensis eisdem abbati et conventui majoris monasterii turonensis et ipsi monasterio jntulit et jnferre non cessat.... eorum supplicationibus jnclinati, jpsis abbati et conventui majoris monasterii turonensis ut ipsi et eorum monasterium et membra ipsius ad contribuendum jn predicta provisione.... minime teneantur.... per nostras duximus litteras jndulgendum. Datum Laterani jdibus decembris, pontificatus nostri anno primo (1).

## CCLXXXIII

## JOHANNES COMES BLESENSIS MAIUS MONASTERIUM IN STATUM PRISTINUM RESTITUIT (2)

1256

Jean de Châtillon, comte de Blois, à la prière d'Alphonse de Poitiers, rend aux religieux de Marmoutier la jouissance paisible de tous leurs biens dans le comté de Blois, comme ils en jouissaient avant les derniers troubles. De plus il amortit toutes leurs futures acquisitions.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Johannes de Castellione, comes blesensis et dominus de Avenis, salutem in Domino. Noueritis quod nos ad preces karissimi consanguinei nostri illustris viri Alfonsi, comitis pictauensis et Tholose, restituimus integraliter et plenaliter abbatem et conuentum maioris monasterii, prope Turonis, et membra ad dictum monasterium pertinentia, quantum ad posses-

(1) Sur le sceau en plomb : Alexander PP. IIII. — Housseau VII, n° 3042.)

(2) L'original en parch. aux arch. dép., était scellé sur cordons de soie rouge, blanche et violette. — Les mêmes archives possèdent aussi du même document un « transcriptum » daté de 1322 ; un vidimus de 1340; un autre de 1430; une traduction française du 11 juillet 1652. Enfin il est inséré sous le n° 21 dans le *Cartulaire de Mesland*.

siones vel quasi, seu saisinas nemorum et terrarum et tailliarum, et quorumcumque jurium seu bonorum sitorum siue existencium, in comitatu blesensi, siue in potestate nostra. Et ponimus eos in statu, in quo erant tempore mote discordie siue litis, inter bone memorie nobilem virum Hugonem de Castellione, patrem nostrum, quondam comitem blesensem ex vna parte, et ipsos abbatem et conuentum ex altera. Et remotis omnibus supprisiis, volumus et concedimus quod ipsi gaudeant in posterum omnibus libertatibus, juribus et saisinis, ac quibuslibet possessionibus suis jam acquisitis, et deinceps acquirendis; nobis tamen remanentibus ex eorum quictacione omnibus mobilibus, que de rebus ipsorum percepimus tempore mote discordie supradicte. Nec eciam de rebus consumptis monachis tenebimur memoratis. Et ne doleant se nobis predicta quitauisse, nos ad preces illustris viri karissimi consanguinei nostri comitis supradicti, concedimus prefatis abbati et conuentui, eorumque successoribus et membris, licenciam et liberam facultatem, ea que poterunt in terra et potestate nostra, acquirendi in terris, vineis, pratis, nemoribus, domibus, censibus, et aliis quibuscumque rebus. Que omnia ipsis ex nunc confirmamus et amortizamus tenenda et possidenda perpetuo, et absque molestacione vel inquietacione aliqua nostra, vel heredum nostrorum libere et quiete, nichil juris, vel seruitutis in predictis omnibus, nobis seu heredibus nostris retinendo qualibet racione. In cuius rei testimonium et munimen, sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto, mense nouembri.

## CCLXXXIV

## DROIT DE CHASSE A MESLAND

Item a droit de chasse à toutes bestes a maxima usque ad minimam, en tous les boys et terres de ladite terre et seigneurie dud. Mellan, auecques droit de poursuyte de toutes bestes leuées en leur terre, par toutes les forets et boys de la comté de Bloys, jusque à prise. Et tout ce donné par nosd. seigneurs fondeurs (1).

(1) Ce paragraphe se trouve dans le *Cartul. de Mesland* à la suite de la charte de Jean de Châtillon, comme il n'a point de date, nous le laissons à cette même place.

## CCLXXXV

## « DE DECIMA DE VILLEPOT — DE MOREIS » (1)

1256

Hervé, chevalier, seigneur de Moréherie, donne au prieuré de Morée la dîme de Villepot, franche de tout droit.

Uniuersis presentes litteras inpecturis Herueus, miles dominus de Moreheria, salutem in Domino. Noueritis quod ego cum assensu et uoluntate spontanea fratrum meorum, videlicet Garini, Herlandi et Katarine matris mee, dedi, cessi et concessi domui beate Marie de Moreis, et monachis ibidem commorantibus, totum jus et possessionem seu detentionem, et quicquid habebam et percipiebam et percipere poteram, in quadam parte decime territorii, quod vocatur Uilepot. Et quia Fulcherius, frater meus, adeo minor erat annis ut eius consensus inualidus uidebatur, promisi fratri Andree, panetario dicte domus, me fracturum et procuraturum quod dictus Fulcherius, cum ad legitimam ætatem peruenerit, predicte cessioni et concessioni consentiret. Et si per dictum Fulcherium uel occasione ipsius, predicta domus de Moreis dampnum aliquod sustineret ratione dicte decime, tenerer plenarie et integraliter dicte domui omnia dampna et deperdita resortire, et ad omnia predicta et singula obseruanda dicto panetario me obligaui specialiter et expresse. Et ut ratum et firmum permaneat scriptum meum, presentes litteras sigillo meo sigillaui in testimonio ueritatis. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto, mense nouembri.

## CCLXXXVI

## DE QUIBUSDAM REDDITIBUS IN VICO STALLORUM, « DE LAVARDINO » (2)

1256

« Donation de 2 sous et une obole de cens sur plusieurs maisons dans le faubourg des estaulx à Lavardin, par Jean de Ripparia, chevalier. »

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Johannes dictus borreau miles, salutem in Domino. Noueritis quod cum Guillelmus de

(1) L'original était scellé — Le *Cartulaire Dunois*, n° CCLXII, p. 236, a publié un extrait de cette charte, d'après le mss. 5441², f. 145.

(2) Original aux archives départementales, copie dans le mss. 5441², f. 480, de la Bibl. Natle, avec cette note : « Scellé en cire blanche sur lacs de parchemin. »

Ripperia miles, et Marcechia eius vxor, dedissent et concessissent in puram et perpetuam elemosinam, pro remedio animarum suarum, et pro anniuersariis ipsorum singulis annis faciendis, prioratui beati Martini de Lauardino, duos solidos census et vnum obolum cum uendis, quos ipse miles et eius vxor habebant apud Lauardinum sitos, de quibus censibus Philippa relicta Fulconis garnier, et eius heredes, tenebantur reddere octo denarios dictis militi et eius uxori, supra quamdam domum ipsius Philipe; et Johanna relicta Stephani rebuffe et eius heredes, sex denarios super quamdam domum eius relicte; et heredes defuncti Bosseneau, sex denarios super quamdam domum dictorum heredum ; et Radulphus gaulier quatuor denarios et obolum super quamdam domum ipsius Radulphi. Que omnes domus site sunt apud Lauardinum in vico stallorum de Lauardino. De quibus censibus proprietate possessione et dominio ad dictos census pertinenti, prefati miles et eius uxor sesissent dictum prioratum et priorem illius loci, et se penitus desesissent, et transtulissent in dictum prioratum et priorem dictos census cum proprietate, possessione, dominio, supra dictos redditus, in vigilia natiuitatis Domini, annuatim, prout in litteris decani de Troo contineri perpexi (1). Quos census predicti miles et eius uxor tenebant a me tanquam a domino principali. Ego vero ductus pietate et misericordia, et pro remedio anime mee et antecessorum meorum, donacionem dictorum censuum factam a dictis milite et eius uxore dicto prioratui de Lauardino et priori eiusdem loci volui et volo, concessi et concedo, et laudaui et laudo, et donaui et dono in puram et perpetuam elemosinam dicto prioratui, et omne ius et dominium, quod habebam vel habere poteram, in censibus supradictis, habendum et percipiendum a priore beati Martini de Lauardino, nomine dicti prioratus in futurum ; promisi et adhuc promitto quod contra dictam donacionem non veniam, nec in dictis censibus aliquid reclamabo, aut et faciam reclamari titulo modo mihi competenti, sed dictam donacionem inviolabiliter obseruabo et faciam obseruari. Et ad confirmationem dicte donacionis priori dicti prioratus et nomine ipsius prioratus dedi presentes litteras meas, sub sigilli mei munimine roboratas, in huius rei testimonium et munimen. Datum die veneris post inventionem sancte Crucis, anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto.

(1) Ici suivent deux lignes rayées au trait dans l'original. « Dictam vero donacionem laudaui, et adhuc laudo, volui et volo, concessi et concedo dicto prioratui et priori. »

## CCLXXXVII

## REMISSIO JURIS ADVOCATIONIS ET GISTÆ (1)

Février 1257/8

Alphonse, comte de Poitiers et de Toulouse, fait remise à Marmoutier du droit d'avouerie et de gîte, avec l'approbation du roi.

Ludovicus Dei gratia Francorum rex. Noverint universi presentes et futuri, quod nos litteras karissimi fratris, et fidelis nostri Al. comitis Pictaviæ et Tholosæ vidimus in hæc verba : « Alfonsus filius regis Franciæ, comes Pictaviæ et Tholosæ, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod nos gardiam seu advocationem et gistam, et omne aliud jus quodcumque cum predictis habebat karissimus consanguineus noster J. comes blesensis, dominus de Avesnis, in abbatia majoris monasterii prope Turonis nobis donata et concessa a dicto comite, ad voluntatem nostram plenarie faciendam, donamus, liberaliter remittimus et quittamus monasterio supradicto. Per hæc autem nichil intendimus dicere de prioratibus monasterii supradicti, cum nichil nobis a dicto comite quantum ad prioratus eosdem donatum fuerit seu concessum. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri apposicione fecimus roborari. Actum apud Longum Pontem, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense februarii. » Nos autem ad petitionem prenominati comitis blesensis, et abbatis maioris monasterii predicti, in hujus rei testimonium et munimen presentem paginam sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Parisiis, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense februario.

(1) Housseau VII, n° 3,096 : « Extrait des arch. de MM., layette de la Greneterie de Blois. » — Salmon V, n° 1,339. »

## CCLXXXVIII

### « LITTERAE MATHEI EPISCOPI CARNOTENSIS MAJORI MONASTERIO DECIMAS CUJUSDAM NEMORIS IN TERRITORIO PRIORATUS DE LANCEIO CONCEDENTIS » (1)

1258

Mathieu, évêque de Chartres, en témoignage de bienveillance donne les deux tiers de la dîme de la forêt de Barcai défrichée, au prieuré de Lancé.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis, Matheus miseratione divina carnotensis episcopus, salutem in Domino sempiternam. Sacræ religionis devotio nos inducit ut erga religiosos viros abbatem et conuentum majoris monasterii turonensis, et ejusdem monasterii habitatores, affectum benivolum ostendamus, quos caritatis visceribus novimus abundare. Hinc est quod cum iidem religiosi partem cujusdam nemoris sui quod vocatur vulgariter Burcaium siti in territorio prioratus de Lanceio, nostrae diœcesis, de novo redegerint ad culturam, et eam propriis manibus et sumtibus excolant, cultum divinum ampliare, quantum cum Deo possumus, affectantes eisdem religiosis donamus et concedimus duas partes decimarum totius dicti nemoris jam ad culturam redacti, et etiam in posterum redigendi, si forsan terras ejusdem nemoris alienarint uel aliquibus tradiderint excolendas. In cujus rei testimonium ipsis religiosis præsentes literas dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M. CC. quinquagesimo octauo.

## CCLXXXIX

### CONCORDIA CUM COMITE BLESENSI DE CUSTODIA ET GISTA, AUCTORITATE REGIS LUDOVICI (2)

1258

Charte de Louis, roi de France, qui confirme l'accord intervenu entre Marmoutier et Jean, comte de Blois, sur le droit de gîte. Le comte Jean s'en était désaisi entre les mains

(1) D. Martène, Hist. mss. de Marmoutier, t. 2, p. 143. — D. Ans. Lemichel, l. c. p. 124 : «... in nemore de Burcaio, vulgo Barcai. »

(2) Titre en parchemin aux arch. de L.-et-Ch.. — Sceau perdu. — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 204, Greneterie. — Housseau VII, n° 3110 « layette de la Greneterie de Blois », et n° 3114.

d'Alphonse, comte de Poitiers et de Toulouse, qui le remit entièrement à l'abbaye, mais obtint en retour pour le comte de Blois, une pension de 300 livres sur le trésor royal. Le roi racheta cette rente pour 4,500 livres tournois, que Marmoutier s'empressa de lui rembourser. En retour, le roi prit l'abbaye sous sa garde royale. En reconnaissance, l'abbé s'engagea à payer au roi, quand il séjournerait personnellement à Tours, la somme de 60 livres, une seule fois l'année.

Transcriptum.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ludovicus Dei gratia francorum rex, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod cum inter religiosos viros abbatem et conventum maioris monasterii ex una parte, et dilectum ac fidelem nostrum Johannem, comitem blesensem, ex altera, diutius questio ventilata fuisset super custodia et aduocatione dicti monasterii, nec non super gisto, que in eodem monasterio dictus comes se habere dicebat, parte monasterii hoc negante; post multos tractatus habitos, cum ex nullo concordia prouenisset, tandem placuit Altissimo ad hoc predictum comitem inclinare, vt omne ius quod habebat vel habere poterat in abbatia MM. turonensis, et omnibus predictis, karissimo fratri et fideli nostro Alfonso, pictauensi et Tholose comiti et heredibus ac successoribus eiusdem integre et pacifice donavit. Cui donationi idem frater noster suum gratanter assensum prebuit, eamque habuit et recepit. Postmodum vero idem frater noster affectans ut dictum monasterium, cum suis habitatoribus, ad serviendum Deo plena pace et tranquillitate gauderent, per bonum consilium predicta omnia integre et pacifice, memoratis abbati et conventui, ac eidem monasterio, pietatis intuitu, in perpetuum donavit liberaliter, remisit et quitavit, et eos ab omnibus que dictus Johannes comes blesensis, aut idem frater noster, vel successores eiusdem comitis blesensis, aut eiusdem fratris nostri, ratione predictorum habere poterant et poterunt in predictis, aut habuerant vel habebant in perpetuum liberos reddidit penitus et immunes. Ad mitigandum eciam eiusdem comitis blesensis animum et pacandum, de nostro beneplacito ordinavit, quod de propriis redditibus nostris eidem comiti blesensi assignarentur trecente libre turonenses annui redditus ab ipso et eius heredibus percipiende in perpetuum et habende. Quem redditum ab ipso comite redemimus pro quatuor milibus et quingentis libris turonensibus eidem plenarie persolutis. Super quo redditu et pecunia idem comes et eius uxor nos et heredes nostros et omnes alios qui super hoc possint teneri quictaverunt penitus et absoluerunt. Pro que redditu et pecunia, memoratus abbas et conventus nobis

recompensacionem fecerunt in pecunia numerata, de qua nos pro pagatis tenuimus et tenemus. Cum vero demum abbas et conventus predicti supplicarent nobis humiliter et devote, vt monasterium ipsum, cum personis, familia et rebus eiusdem, sub nostra regia protectione et custodia recipere dignaremur, nos attendentes predictam discordiam sic esse sopitam, quod nec comes blesensis, nec predictus etiam frater noster, aut alius, in predictis de quibus erat contentio, aliquid reclamaverit, et religiosorum ibidem Deo serviencium cupientes prouidere quieti, ad ipsorum abbatis et conuentus petitionem, diuine pietatis intuitu, monasterium ipsum, vna cum personis suis et familia, et etiam cum rebus de abbacia existentibus, sub nostra regia custodia et protectione recepimus, salua etiam et retenta nobis et nostris heredibus, regibus Francie, custodia et protectione, in rebus eiusdem monasterii, existentibus tam in nostris domaniis quam in quibuslibet domaniis aliorum, in quibus ante compositionem istam protectionem habebamus vel habere poteramus et custodiam, ita quod de cetero sub ipsa nostra custodia et protectione permaneant, nec a regia corona per aliquod factum valeant separari, sed quicumque pro tempore dignitate regni Francie potietur, protectionem et custodiam habeat antedictam, ita quod in alium nullatenus transferatur. Sciendum est autem quod abbas et conuentus predicti in signum protectionis et custodie antedicte, tenerentur nobis et nostris successoribus regibus Francie, singulis annis quibus nos et successores nostri ad ipsum monasterium personaliter declinabimus, in sexaginta libras turonenses, pro gisto nostro, semel tamen in anno, et anno etiam reuoluto. Quod si non declinauerimus, vt dictum est, ad locum predictum, nichil super hoc exigere poterimus ab eisdem, nec nostri similiter successores. Per hoc quidem non intendimus, non volumus eiusdem monasterii privilegiis, libertatibus, aut justiciis in aliquo derogare, sed ea volumus esse inconcussa et illesa seruari. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, presentem paginam sigilli nostri auctoritate ac regii nominis caractere inferius annotato fecimus communiri. Actum Parisiis, anno Domini millesimo CC° quinquagesimo octauo, mense junio, regni vero nostri anno tricesimo secundo, astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa, dapifero nullo. Signum Johannis buticularii † (1), [signum Alfonsi camerarii], signum Egidii constabularii, data vacante........ (2)

(1) Cette croix est circonscrite dans un cercle.

(2) Monogramme du roi Louis IX, conforme à la deuxième forme publiée par Ducange.

cancellaria — Data huiusmodi transcripti sub sigillo preposituге turonensis, anno Domini M° CC° nonagesimo secundo, die lune post festum inuentionis sancte Crucis. G. Béchard.

fr. Johannes de Corberia impetrauit. *facta est collatio.*

## CCLXXXIX bis

## CONFIRMATIO EJUSDEM A REGE PHILIPPO (1)

1273

Confirmation de l'accord précédent par Philippe le Hardy, roi de France.

Ph. Dei gratia Francie rex. Notum facimus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos litteras inclite recordationis per carissimi domini Ludouici Francie regis vidimus in hec uerba. In nomine etc... (ut antea)... Nos vero predicti domini et genitoris nostri vestigiis inherentes, predicta omnia et singula prout superius continentur, volumus, concedimus et approbamus, ac eadem auctoritate regia confirmamus, saluo iure in omnibus alieno. Quod ut ratum sit in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Lochas, anno Domini M° CC° septuagesimo tercio, mense septembri.

## CCXC

## LETTRE DE 12 DENIERS DE CENS SUR LE TERRITOIRE DE MEUVES (2)

1258

« Transaction par laquelle Garnier, seigneur de Bizeul, consent que le prieur de Mesland retienne entre ses mains certains prés dans le territoire de Meuves, moyennant 12 deniers de censif de rente, lesquels il vouloit avant les luy faire vendre, comme étant dans sa censive de Meuves, du mois de novembre 1258, ayant eu cy devant un sceau ; à laquelle est attaché un vidimus d'icelle du 25 août 1456, scellé d'un sceau. »

(1) Parchemin aux Archives de Blois ; sceau perdu. — Housseau VII, 3,110 bis. — D. Chantelou, mss. 13,900, fol 111 ; « Reges litteris suis stabiliverunt, Philippus scilicet apud Lochas anno 1273, et Philippus IV, in Majori monasterio, anno 1301. »

(2) Invent. des titres de Mesland de 1771.

## CCXCI

## DE QUARTA PARTE TERRAGII Sti HILARII (1)

1258

Nivelon de Meslai confirme à Marmoutier la 4e partie du terrage de la paroisse de St Hilaire de la Gravelle.

Niuelo de Mellaio dominus Fractae Vallis anno 1258 confirmat monachis quartam partem terragii in parrochia S. Hilarii de Grauella. Eius scutum sunt auiculae quatuor in capite tres in quolibet latere, et vna in cuspide, positae caput versus sinistram.

## CCXCII

## DE PANETARIO PREFECTO DE MOREIS (2)

1262

Invenio in carta Nevelonis de Mellaio domini Fractevallis, anni 1262, panetarium velut prefectum prioratus de Moreis, et sub eo conuentum monachorum aliquot ibi.

## CCXCIII

## « QUOD REX HABUIT TRIA MILIA AC QUINGENTAS « LIBRAS PRO PACE COMITIS BLESENSIS » (3)

1259

« Quittance de Louis, roi de France, de la somme de 3,500 livres par luy receue des religieux de Marmoutier pour la paix du comte de Blois. »

Ludovicus Dei gratia Francie rex. Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus quod nos ab abbate et conuentu maioris monasterii turonensis recepimus tria millia et quingentas libras turonenses pro pace comitis blesensis, volentes et concedentes

(1) D. Ans. Lemichel, l. c., p. 206.

(2) D. Ans. Lemichel, l. c., pag. 230, titres de Morée.

(3) Titre en parch. aux Archives de Loir-et-Cher. Le sceau était sur double queue en parchemin. — Gaignières, 5,441[4], f. 47. — Salmon IV, no 1,344. — Housseau VII, no 3,128.

quod si forte alie littere super hoc inueniantur confecte, nullius sint valoris. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisiis, anno Domini M° CC° quinquagesimo nono, mense nouembri.

## CCXCIV

### « DE SCAMBIO FACTO APUT PONTIJOLIUM CUM FRATRIBUS MILITIE TEMPLI » (1)

1259

Les Templiers échangent avec les religieux de Marmoutier, les cens, terres, droits seigneuriaux, rentes qu'ils avaient à Pontijou, pour 10 arpents de terres, contigus à leur terre de Villetroche.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, magister et fratres milicie templi in Francia, salutem in Domino. Nouerint uniuersi quod cum nos apud Pontijolium haberemus census, terras, redibentias, tam in pane, quam gallinis et pecunia, ac etiam auena, videlicet in festiuitate omnium sanctorum duos solidos turonenses, et ad natale Domini duos sextarios auene, duas gallinas, duos denarios, et duos panes, et omnibus aliis, que omnia sita sunt a chemino, quo proceditur de Pontijolio apud Maluas, sicut mete separant, usque ad stagnum eiusdem loci, et in eodem stagno et in jurisdictione et mortagia in Robertum, Roberium et Guillelmum lescoupelcour homines nostros, et heredes eorumdem. Nos considerata vtilitate domus nostre, cum religiosis viris abbate et conuentu maioris monasterii turonensis res predictas et quicquid juris habebamus uel habere poteramus in predictis rebus, uel aliis ibidem existentibus, permutauimus, et per mutamen possessionem et dominium earum rerum et hominum in eos transferentes, pro decem arpennis terre contigue terris medietarie nostre de Villa troche carnotensis diocesis, mensuratis et nobis traditis ab abbate et conuentu supradictis, et ab omni honore penitus liberatis, que omnia dicti religiosi abbas et conuentus nobis tenentur garantizare etc.... (2) In cuius rei testimonium, et munimen presentes litteras de assensu et pari voluntate fratrum nostrorum

(1) Parchemin des archives de Blois, sceau perdu. — Analyse dans le registre H. 381, fol. 80 des archives d'Indre-et-Loire.

(2) Suivent les formules ordinaires de garanties.

predictis religiosis dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quingentesimo nono, mense augusto.

## CCXCV

## DROIT DE GITE ET DE PACAGE (1)

1259

« Donation aux religieux de Marmoutier par Geoffroy et Gervais d'Asnières, soldats, du droit de giste et de pascage sur Migneray, en l'an 1259, au mois de may. »

Cottée D, charte 4^e^.

## CCXCVI

## « LITTERÆ ALEXANDRI PAPAE IV ABBATI MAJORIS MONASTERII CONCEDENTIS UT RETINEAT PRIORATUM DE LANCEIO » (2)

1260

Alexandre IV permet à Geoffroy, abbé, d'employer pendant sept ans les revenus du prieuré de Lancé, à pourvoir aux différentes nécessités de l'abbaye.

ALEXANDER episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Gaufrido abbati majoris monasterii turonensis, ad romanam sedem nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem. Speciali gratia et fauore illa de causa te dignum potissime reputamus, quia toto cordis affectu ad hoc semper intendis, ut sedi apostolicae per grata deuotionis obsequia valeas complacere. Hinc est quod vestris supplicationibus inclinati, ut prioratum de Lanceio cum juribus et pertinentiis suis, carnotensis diocesis, ad monasterium tuum immediate spectantem, ac reditus quoscumque, quos tu et predecessores tui in eodem prioratu hactenus percepistis, usque ad septennium, pro solutione debitorum et aliis necessitatibus praedicti monasterii,

(1) (Arch. départ. de Tours, H. 210, registre de la Chambrerie, f. 49. Pray).

(2) D. Martène, Hist. manuscrite de Marmoutier, 2e vol. p. 143. — D. Ans. Lemichel l. c., p. 224.

retinere valeas, tibi auctoritate praesentium indulgemus; ita tamen quod in eodem prioratu duos monachos teneas, et eis necessaria congrue facias ministrari, non obstantibus quibuscumque constitutionibus, vel statutis apostolicis, seu regularibus, per quae possit hujusmodi concessio impediri, vel etiam retardari, aut ipsius monasterii contraria consuetudine juramento vel quacumque alia firmitate roborata, seu quibuscumque litteris a praedicta sede impetratis, vel etiam impetrandis, quae de praesentibus plenam et expressam non facerent mentionem. Nulli ergo omnino, hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, uel etc. Datum Anagniae II nonas novembris, pontificatus nostri anno sexto.

## CCXCVII

## BULLA ALEXANDRI PAPAE DE LITE COMITIS BLESENSIS (1)

1260

Le pape Alexandre déclare qu'aucune prescription ne pourra valoir dans le procès soulevé depuis plus de 20 ans entre les religieux de MM. et les comtes de Blois.

ALEXANDER episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui majoris monasterii turonensis ordinis sancti Benedicti ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est etc... ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod jnter vos ex una parte et nobilem virum — comitem blesensem ex altera, materia dissensionis exorta, jdem comes monasterium vestrum et vos per viginti annos et amplius adeo jnfestavit quod vos, vestra et ipsius monasterii jura prosequi seu defendere minime potuistis; quare nobis humiliter supplicastis ut providere vobis super hoc paterna diligentia curaremus. — Nos igitur vestris supplicationibus jnclinati ut per hujusmodi tempus non currat aliqua prescriptio contra vos, auctoritate vobis presentium jndulgemus. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Anagniæ jdibus januarii pontificatus nostri anno sexto.

(1) Housseau, VII, nº 3134. — « Ex Arch. : MM. ». — « Sur le sceau en plomb : Alexander PP. IV. »

# CCXCVIII

## DONUM STEPHANI RECTORIS DE ROSDONIO (1)

1262

« Permission donnée par le prieur de Villeberfol au curé de Rhodon de tenir en main *morte onze septiers de terre dans le territoire de* Rhodon, à la charge de payer à chaque mutation de curé 40 sols tournois. » (Inscription au dos du parchemin.)

Uniuersis presentes litteras inspecturis, P. diuina miseratione carnotensis episcopus salutem in Domino. Noueritis quod cum defunctus Stephanus quondam rector ecclesie de Rodonno, nostre dyocesis, in vltima sua voluntate legasset presbiteratui dicte Ecclesie de Rodonno, viginti libras turonenses, ad emendum redditus, in augmentationem dicti presbiteratus de Rodonno, et Guillelmus modo rector dicte ecclesie de Rodonno, nomine suo et presbiteratus dicte ecclesie de Rodonno, ad augmentandum dictum presbiteratum dicte ecclesie de Rodonno, emerit de dictis viginti libris undecim sextaria terre semenre sita in parrochia de Rosdonno, in territorio et censiua prioris de Uilla berfondi, ex nunc in perpetuum ad dictum presbiteratum de Rodonno spectantia, ut dicitur. Et Iohannes modo prior de Villa berfondi coram nobis concesserit quod idem Guillelmus modo rector dicte ecclesie de Rodonno, et successores eius, qui pro tempore erunt in dicta ecclesia de Rodonno instituendi, habeant, teneant, et pacifice possideant predicta undecim sextaria terre semenre in manu mortua. Ita quod idem Guillelmus modo rector dicte ecclesie de Rodonno et successores sui, qui pro tempore erunt in dicta ecclesia instituendi, ex nunc in perpetuum, quociens-cumque cedere uel decedere contigerit soluant dicto priori, qui modo est in dicto prioratu de Villa berfondi, uel illi qui pro tempore fuerit institutus in dicto prioratu, quadraginta solidos turonenses. Qui Guillelmus modo rector dicte ecclesie de Rodonno, nomine suo et ecclesie sue predicte, et Iohannes modo prior dicti prioratus de Villa berfondi, coram nobis constituti premissa uoluerunt et concesserunt, ac bona fide promisserunt, quod contra premissa non uenient in futurum. Preterea dictus prior promisit coram nobis quod procurabit, quod abbas et conuentus maioris monasterii turonensis dabunt predicto prebistero de Rodonno litteras sigillis

(1) Titre avec les attaches en parchemin pour deux sceaux perdus, aux arch. de L.-et-Ch. — Gaignières $5441^1$, fol. 425 : « scellé en cire brune sur lacs de parchemin. »

ipsorum abbatis et conuentus sigillatas, quod contra sententiam dicti prioris de Villa berfondi superius expressam non venient in futurum, set illud inuiolabiliter obseruabunt. Nos attendentes quod dicta ecclesia de Rodonno et presbiteratus eiusdem a fide dignis in premissis nullam patitur lesionem, ea vt superius expressa sunt volumus, laudamus, approbamus et sigilli nostri munimine confirmamus. Preterea nos magister R. archidiaconus vindocinensis in ecclesia carnotensi, in cuius archidiaconatu consistant rector dicte ecclesie de Rodonno, prior de Villaberfondi, et dicta vndecim sextaria terre semenre, similiter attendentes in premissis commodum attribui ecclesie memorate de Rodonno et presbiteratui eiusdem, pro testium fidedignorum, ea ut superius expressa sunt, volumus, laudamus et concedimus. Et in testimonium predictorum, sigillum nostrum presentibus, vna cum sigillo reuerendi patris P. Dei gratia carnotensis episcopi duximus apponendum. Actum et datum anno Domini millesimo, ducentesimo, sexagesimo secundo, mense maio.

## CCXCIX

## ACQUET DU MOULIN DE BAGNEUX (1)

1262

Acquet par le prieur de Chousy, de Jean de Mota, de la moitié du moulin de Bagneux, scitué sur le rivage de Bevron, avec tout le droit, possession et propriété qu'il avoit dans les apartenances de ladite moitié, dans la censive dud. prieuré. La vente faite moyennant 20 livres, monnoie de Blois, de l'an 1262, à laquelle est attaché un consentement à lad. vente par Jean Béchard, du mois d'avril aud. an. — Scellé d'un sceau.

## CCC

## MOLENDINUM AD VENTUM DE LANCEIO (2)

1263

Rente de deux sextiers de bon froment sur le moulin-à-vent de Lancé.

Priori de Lanceio adiudicantur duo sextaria boni frumenti super molendinum ad ventum eiusdem parochiae, anno 1263.

(1) Inventaire des titres de Chouzy.

(2) D. Ans. Lemichel, l. c., p. 223.



100



101



102



103



104



105



106



107



108



109



110



111

P.L. XXIII.



112



113



114



115



116



117



118



119



120



121




122

# CCCI

## JUDICIUM VINCENTII ARCHIEPISCOPI TURONENSIS SUPRA QUERELAM COMITIS BLESENSIS

1264

« Vidimus d'une sentence arbitralle rendue par Vincent, archevêque de Tours, sur les contestations d'entre M. le comte de Blois d'vne part, et les abbé et religieux de Marmoutier, à cause de leurs prieurés, situés dans le comté de Blois, au sujet du droit de garde, ressort et souveraineté, concernant la justice ; de l'an 1264, en parchemin, attaché à vn cahier de copies collationnées au nombre de quatre, de titres de 1263 et 1264, *qui traittent des mêmes* choses » (1)

— Vincentius turonensis archiepiscopus, 1264, pronuntiat inter abbatem Stephanum maioris monasterii, et comitem blesensem de talliis in possessionibus eorum intra comitatum blesensem, de quibus acerbae crebro contentiones extiterant, et pro injuria illata, pro quodam abbate Gaufrido, qui a comite blesensi fuerat in carcere traditus — (2).

— De prediis et cellis nihil actum erat in illa conventione (Cf. n$^{os}$ CCLXXXI et sqq.). Precibus tamen consanguinei sui Alphonsi incitatus Joannes comes anno 1256, solemni diplomate concessit ut rebus suis quiete et libere monachi potirentur, absque eo quod aliquid remiserit de jure hospitii et cibariorum ex eisdem cellis in sua ditione sitis, de quo anno 1263 arbitrium deligit Vincentium turonensem archiespiscopum, spondetque se illius iudicio obsecuturum. — Sententiam pronuntiavit de illo iure et de damnis illatis archiepiscopus turonensis anno 1264.

Mitior comes factus permutationes a monachis factas probavit eodem anno 1264.

Recruduit adhuc dissidium postea — (3).

# CCCI bis

## DE LIMITIBUS TERRARUM FONTIS MERLANDI (4)

1264

Vincentius archiepiscopus turonensis contendit, in curia blesensi comitis, cum maiori monasterio, pro limite terrarum fontis Merlandi.

(1) Inventaire des titres de Chouzy, de 1752.
(2) D. Ans. Lemichel, l. c., p. 205, Grèneterie.
(3) D. Chantelou, mss., 13,900, l. c.
(4) D. Ans Lemichel, l. c., p. 165. — Mesland.

# CCCII

## DE DECIMA CAMPI DELATI APUD LANCEIUM (1)

Novembre 1264

Jean, seigneur de Saint-Amand, s'engage à payer, au prieur de Lancé, deux sextiers de froment et cinq mines d'avoine, pour son terrain nouvellement défriché.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Johannes dominus de Sancto Amando miles, salutem in Domino. Noueritis quod cum contentio verteretur inter me, ex vna parte, et religiosos viros abbatem et conuentum maioris monasterii turonensis, et priorem ipsorum de Lanceyo, carnotensis diocesis, ex altera, super decima terrarum mearum ad culturam nouiter redactarum vel redigendarum, sitarum in parochia de Lanceio, in toto territorio meo de Chaudelle, quod campus delatus magnus et paruus vulgariter appellatur, quas decimas petebant a me sibi reddi. Tandem ego ductus consilio saniori, perpendens dictos religiosos in huiusmodi decimis jus habere in recompensationem dictarum decimarum, seu predictis decimis dictarum terrarum de nouo ad culturam redactarum et redigendarum, eisdem religiosis dono, concedo, constituo et assigno quatuor sextaria et unam minam bladi, ad mensuram vindocinensem, videlicet duo frumenti sextaria, et quinque minas auene percipienda ab ipsis annuatim et habenda in perpetuum in grangia mea de Sancto Amando, infra festum omnium sanctorum, promectans quod contra donacionem et assignationem predictas non veniam per me, vel per alium in futurum, ymo ipsas inuiolabiliter obseruabo, me et heredes meos et quoscumque successores quoad hoc specialiter obligando et per me astringendo. In cuius rei testimonium muniminis presentes litteras dictis religiosis dedi, sigilli mei munimine communitas. Datum anno Domini millesimo CC$^{mo}$ LX$^{mo}$ quarto, mense nouembris.

(1) Vidimus inséré dans une pièce du 27 avril 1447, qui est une sentence du baillage de Tours, condamnant le s$^{r}$ Guillaume de Villiers, escuier, seigneur de St-Amand, héritier par sa femme de Jehan de St-Amand, à payer à Marmoutier, à cause du prieuré de Lancé, deux septiers de bled, et deux septiers mine d'auoyne, à prendre sur la grange de St-Amand.

## CCCIII

## CONCORDIA CUM ABBATE BEATE MARIE DE BURGO MEDIO (1)

1265

Les religieux de Marmoutier rachètent la dixme de Champ-Noir, due par le prieur de Villeberfol, et reconnaissent la rente de 6 muids de blé, due pour la Vacherie, à l'abbaye de Bourg-Moyen. — Grèneterie, Saint-Léonard.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Albericus beate Marie de Burgo medio Blesis abbas, totusque ejusdem loci conuentus, salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra quod cum viri religiosi abbas et conuentus maioris monasterii turonensis tenerentur et obligati essent nobis reddere annuatim, in grangia sua de Vacheria, infra festum omnium sanctorum, sex modios bladi ad mensuram de Marchesnoir, videlicet tres modios et dimidium hybernagii, et duos modios et dimidium auene, item prior de Villa berfodi teneretur reddere nobis annuatim quatuor modios frumenti ad mensuram de Bozen blesensi, pro excambio decime de Campo nigro, prout hec omnia (continentur) in litteris autenticis... etc..... quarum tenor est talis : « Vniversis..... etc. (cf. nº CCXXXI) ..... mense februario ». Tandem nos predictos quatuor modios frumenti supra quibus inter nos et dictos abbatem et conuentum maioris monasterii contentio vertebatur, et quos dictus prior de Villa berfodi nobis reddere tenebatur annuatim, et quicquid juris habebamus et habere poteramus in eisdem, ipsis abbati et conuentui maioris monasterii, et dicto priori quittauimus in perpetuum et dimisimus, pro precio sex viginti librarum turonensium, premissam vero decimam de dicto Campo nigro vbicumque fuerit, abbas et conuentus maioris monasterii et prior eorum predicti, sine qualibet contradictione nostra ab hoc de cetero percipient et habebunt. Conuencionibus vero et pactionibus factis supra aliis sex modiis bladi videlicet tribus modiis et dimidio hybernagii, et duobus modiis et dimidio auene, in dictis litteris contentis, in sua firmitate in perpetuum duraturis, prout superius est expressum. Quos quidem sex modios

(1) Original aux arch. départ. de Loir-et-Cher, avec coupure dans le repli pour deux sceaux perdus : « Comment Bourc-moien à VI muids de grain sur la Vacherie, et ont quicté IIII muids qu'ils avoient à cause de la disme de Champ-Noir. »

confitentur et recognoscunt abbas et conuentus maioris monasterii antedicti se debere nobis, et promittunt nobis reddere annuatim, juxta tenorem litterarum predictarum. Quod vt ratum et firmum maneat in futurum, nos presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum et actum anno Domini M° CC° LX° quinto, mense junio.

## CCCIV

## CONCORDIA CUM COMITE VINDOCINENSI DE COSTUMIS FORI DE MONTORIO, ET ALIIS (1)

1265

Bouchard, comte de Vendôme, transige avec les religieux de Marmoutier, au sujet d'une terre du Bouchet, du droit d'avenage sur le Sentier, de quelques redevances sur le marché de Montoire, et de quelques deffens mis dans la forêt de Gatines.

UNIUERSIS præsentes litteras inspecturis, Bucardus comes vindocinensis salutem in Domino. Noveritis quod cum inter nos ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum Majoris monasterii turonensis, pro se et quibusdam hominibus suis, ex altera, super diversis articulis quaestio moveretur, videlicet super quadam pecia haiarum de Bocheto, duodecim arpenta vel circa continente, a domino de Bocheto et ejus uxore sibi pro quibusdam usagiis tradita, ut dicebant. Quam quum traditionem, ut pote sine nostro concensu factam, dicebamus penitus non valere. Item super quibusdam arreragiis, quae ab hominibus dictorum religiosorum in villa et territorio de Semitario manentibus, usque ad valorem sex modiorum avenae, nobis deberi annuatim asserebamus, et que nostris praedecessoribus reddi consueverant apud Montorium ab antiquo, ut dicebamus. Item super costumis et mercatus nostri et nundinarum de Montorio, quas a dictis hominibus levare sicut ab aliis ad dictum mercatum et nundinas confluentibus volebamus. Idem super quibusdam defesiis tam a patre nostro quam a nobis in foresta Gastinae factis, et super hoc et quaedam alia deffesia in eadem foresta facere volebamus; dictis

(1) D. Housseau, VII, n° 3,189 : « Archives de MM., *Cartulaire de la Chambrerie*, fol. 17, r°. » — D. Ans. Lemichel, Hist. mss. de Marmoutier, t. III, p. 78, Bibl. de Tours. Après avoir cité cette charte, il ajoute : « Nec cum eo moriente sublata est litis materia, cum ejus vidua Maria comitissa, liberorum communium tutelam gerens anno 1272, in domo monachorum de Semitario nonnulla ibi jura quaesierit. » Voir plus loin la charte 327.

religiosis, tam pro se, quam hominibus suis ratione usagii sui et aliis pluribus de causis se premissis opponentibus. Tandem super praedictis omnibus nos et dicti religiosi pro se et hominibus suis ad amicabilem compositionem devenimus in hunc modum, videlicet quod dicta haiarum pecia dictis religiosis in perpetuum remanet ad eam explectandam, prout voluerint, tanquam suam, hoc excepto, quod illam non poterunt exemplare vel extirpare, nisi forsan dictas haias de Bocheto, de quibus dicta pecia sumpta est, eidem pecie contiguas usque ad octoginta arpenta exemplari vel extirpari contingat, in quo casu dictam haiam poterunt extirpare. Pro dictis vero avenagiis reddent dicti homines de Semitario et territorio ejusdem loci annuatim per se vel per aliquem seu aliquos eorumdem aut per alium certum nuncium nobis et heredibus aut successoribus nostris, seu vigerio aut allocato nostro apud Montorium, in crastino omnium sanctorum, sexaginta solidos vindocinenses, una cum aliis quadraginta solidis, quae nobis, allocato nostro reddi consueverant singulis annis ab hominibus supradictis, nos ex tunc poterimus capere propter defectum hujusmodi de animalibus dictorum hominum de Semitario, tam in bobus quam in equis et jumentis, seu aliis animalibus, usque ad sex seu septem, et tenere per octo dies iis expensis hominum predictorum, quibus elapsis ex tunc poterimus illa vendere, et de pretio ad quod esset debitum retinere, reddendo residuum hominibus antedictis. Si vero non fuerit allocatus ex parte nostra qui dictam pecuniam statuto termino et loco recipiat, non poterit in hoc casu aliquis deffectus praedictis hominibus imputari. Hoc tamen salvo, quod nichilominus dictam pecuniam reddere tenebuntur, quando ex parte nostra super hoc fuerint requisiti. De costumis vero et nundinarum et mercatus de Montorio, homines praedicti de Semitario et territorio ejusdem loci remaneant de cetero liberi et immunes. Super defesiis si quidem tam a patre nostro quam a nobis factis usque nunc in foresta Guastinae, et super aliis inibi faciendis, in ea tamen parte, quae nobis contingit ad presens, si quae nobis vel successoribus nostris ab aliis usagiariis fieri permittentur, non poterunt dicti religiosi pro se aut hominibus suis aliquid reclamare vel capere in eisdem, nisi pasturam et quedam alia minuta usagia, quae in defesiis a patre nostro factis, pro certis temporibus, per quamdam ordinacionem super hoc habitam, aliis usagiorum sunt concessa, inter nos et dictos religiosos taliter est conventum, quod per captionem predictam nobis vel dictis religiosis nullum prejudicium generatur, quantum ad alia aliqua. Hanc vero

compositionem promittimus nos inviolabiliter servaturos futuris temporibus, nos ac heredes ac successores nostros et omnia bona obligantes specialiter et expresse. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigillo nostro fecimus roborari sigillari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, die jovis in festo sancti Remigii.

## CCCV

## REDEMPTIO CUJUSDAM REDDITUS FULCHONI DE PRUNETO DEBITI — « DE LAVARDINO » (1)

1265

« Rachapt de six sextiers de froment de rente que debuoit le prieur de Lavardin à cause de Nioches, paroisse de Landes, à Foulques de Prunet, chevalier. »

Uniuersis presentes inspecturis litteras, Fulcho de Pruneto miles, salutem in Domino. Nouerint uniuersi quod ego de assensu et voluntate Johanne uxoris mee, Gaufridi filii mei primogeniti, et Heloysis eiusdem Gaufridi uxoris, vendidi et nomine venditionis concessi imperpetuum priori beati Martini de Lauardino nomine sui prioratus, pro sexdecim libris monete currentis Blesis michi a dicto priore solutis et numeratis, et de quibus teneo me integre pro pagato, renuncians expresse quo ad hoc exceptioni non numerate pecunie et non solute, sex sextaria frumenti annui redditus ad mensuram de Auricasa, que a nobili uiro Galtero domino Buriaci milite tenebam, que quidem dictus prior ratione custodie siue alia quacumque ratione annuatim michi reddere consueuerat apud Buriacum in festo sancti Remigii, occasione domus que vocatur Niodhes, prope Landam, diocesis carnotensis, seu pertinentiarum ipsius spectantis ad prioratum de Lauardino, a dicto priore beati Martini de Lauardino, et prioribus qui dicto prioratui pro tempore erunt, libere et pacifice imperpetuum remanenda, possidenda et habenda, cum omni jure, dominio etc. etc. (suivent les garenties ordinaires)... renuntians... omni privilegio cruce signatorum et cruce signandorum..... In cuius rei testimonium et munimen,

(1) Titre en parchemin aux archives du Loir-et-Cher. Sceau perdu. — Copie en papier de 1640, collationnée par fr. C. Bonnot, gardien des chartes « Et scellé en cire verte. » — Autre collation de lad. copie représentée par Pierre de Launay, prieur de Saint-Martin de Lavardin, au dos : « Pièces pour produire pour le prieur de Lavardin, contre les religieux de Marmoutier. »

ego de consensu et voluntate dicte uxoris mee, et dicti filii mei, et eius uxoris dicto priori et dictis successoribus suis de hoc dedi presentes litteras, sigilli mei munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo quinto, mense Augusto.

## CCCVI

## CONFIRMATIO GALTERI BORELLI (1)

Août 1265

Gautier Borel, seigneur de Bury, confirme l'acte passé par Foulques de Prunet.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, ego Galterus Borelli, dominus Buriaci miles, notum facio quod Fulcho de Pruneto miles, Johanna eius uxor, Gaufridus filius eius primogenitus, et Heloysis eius uxor recognouerunt coram me se vendidisse etc....... (ut in carta precedenti)... Ego siquidem Galterus, dominus predictus, omnia supradicta et singula, prout superius sunt expressa, volo, laudo, concedo, approbo, rata firmaque habeo et accepta, et si quid in predictis omnibus et singulis habebam vel habere poteram, eisdem volens et concedens quod dicta instrumenta de cetero sint vacua et omni virtute cassata, bona fide promittens quod contra predicta vel aliquid de premissis per me vel per alios de cetero non veniam in futurum. In cuius rei testimonium et munimen ad petitionem dictorum Fulchonis eius filii et dictarum uxorum suarum presentes litteras dictis priori et eius successoribus de hoc dedi sigilli mei munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo quinto, mense augusto (1).

## CCCVII

## DROIT DE FAUCHAISON (2)

1265

Transaction ou sentence arbitrale, par laquelle est arrêté que les hommes de Blémars, et des paroisses de Mesland et Monteaux,

(1) Titre en parchemin, aux arch. de Loir-et-Cher.

(2) Invent. manuscrit du prieuré de Mesland, XVIII$^{e}$ siècle. Titres du Moulin de Pasnelle, chap. 1, liasse 4.

auront droit de faucher les rouches et herbes de chacun leur pré, jusqu'au fil de l'eau de la Cisse, et à faute de les faucher dans le tems des fauchaisons, quinzaine après, Monseigneur Guillaume de Semur pourra les faire ramasser à son proffit ; et ne pourront les bestiaux desdits hommes être porforcés par led. Guillaume, qu'ils ne passent, pasturent et boivent en lad. eau après que lesd. prés seront délivrés, et demeure le fond et la propriété de toute lad. eau du gué et pescherie de Monteaux aud. Guillaume, sans que lesd. hommes puissent rien prétendre que ce que dessus. Du mois d'octobre 1265, en parchemin scellée.

## CCCVIII

## DE PARVAE QUARTAE ACQUISITIONE (1)

1265

Hugues de Braye et Baudouin, son frère, vendent au prieur de Chouzy la petite Quarte pour onze livres blésoises.

Uniuersis presentes litteras inspecturis. Officialis curie archidiaconatus Blesis in blesensi, salutem in Domino. Noueritis quod — Hugo de Braya, et Baldoinus ejus frater, confessi fuerunt se vendidisse et nomine venditionis concessisse in perpetuum priori de Choziaco, — precio undecim librarum monete currentis, Blesis..... — quicquid juris habebant, — in omnibus et singulis terris et redditibus, ad medietatem que vulgariter la petite quarte noncupatur pertinentibus, que dicta petite quarte sita est super fluvium Ligeris, in parrochia de Choziaco..... quite et libere et pacifice possidendis, etc. (Suivent de longues garenties).

In cuius rei testimonium et munimen ad dictorum Hugonis et Balduini preces, de hoc dedimus dicto priori et ejus successoribus presentes litteras sigilli curie archidiaconi communitas ac roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, die mercurii post festum beati Andree apostoli.

(1) Titre en parchemin aux arch. départ. de L.-et-Cher. Copie collationnée par fr. Viette, garde-chartes de Marmoutiers, le 5 mars 1624.

## CCCIX

## DE EODEM

« In hac carta continetur quomodo Raginaldus de Varenna armiger « vendidit priori de Choziaco quicquid iure proprietatis reclamat « in parva quarta » (1)

1265/6

Regnaud de Varenne, écuyer, vend à Marmoutier ce qu'il possédait à la petite Quarte, entre Chouzy et Chaumont.

Uniuersis — Officialis archidiaconi blesensis — Noueritis quod cum esset contentio inter religiosum virum priorem de Choziaco (2) carnotensis diocesis ex una parte, et Raginaldum de Varenna armigerum ex altera, super eo videlicet quod dictus prior asserebat et dicebat gaagnariam, seu medietariam aut manerium, quod uocatur parua Quarta, situm inter Choziacum et Caluum montem, situm esse in censiua et dominio eiusdem prioris, in qua gaagnaria — idem prior habebat — quartam partem quitam in omnibus. Item cum esset contentio inter dictas partes super eo videlicet quod idem prior petebat a dicto Raginaldo 40 libras turonenses pro fructibus et exitibus quarte partis eiusdem gaagnarie — quos fructus — leuauerat — pater dicti Raginaldi contra uoluntatem dicti prioris usque ad ualorem 40 librarum. — Que omnia et singula negabat predictus Raginaldus vera esse. Tandem post multas altercationes habitas... dictus Raginaldus recognouit se debere et tenere debere, ac predecessores suos tenuisse a priore... de Chozaio... quicquid ipse et predecessores sui habent in gaagnaria predicta, tam in feodo quam in seruicio quocumque alio aut dominico proprio — ad annuum censum capitalem quinque solidorum monete currentis Blesis solvendum dicto priori de Choziaco annuatim a Raginaldo. — Asseruit etiam idem Raginaldus quod omnes portionarii habentes partem siue partes in gaagnaria..., excepta quarta parte ipsum priorem contingente, ut dictum est, ab ipso Raginaldo tenebant in feodum et ad alia seruicia consueta, ac idem Raginaldus omnia et singula, que in predictis gaagneria... habebat, tanquam a vero dominio et capitali sub capitali censu quinque solidorum...

(1) Parchemin aux archives de Loir-et-Cher.
(2) Al. Chozaio.

recognoscens insuper ipsum priorem habere dominium et iusticiam in premissis... Recognouit etiam R. patrem suum leuasse et habuisse de fructibus et prouentibus supradictis sine causa rationabili et contra uoluntatem ipsius prioris, usque ad valorem quadraginta librarum. — Postmodum compositum fuit in modum qui sequitur..., videlicet, quod dictus R. armiger recognouit quartam partem suam predicte gaagnarie... dicto priori uendidisse... pro sexaginta et decem libris blesensibus, videlicet pro quadraginta libris, quas idem armiger predicto priori debebat..., et pro viginti modiis bladi siliginis ad valorem triginta librarum... *(suivent les garanties ordinaires)*... In cuius rei testimonium et muniminem... dedimus predicto priori presentes litteras sigillo nostro sigillatas. Datum anno Domini M° CC° LX° quinto, mense januario.

## CCCX

## CONCORDIA CUM PRIORE DE BOSCIA. — « DE FRACTAVALLE » (1)

1265/6

Transaction entre le prieur de Fréteval et le prieur de Bost, pour les dîmes des terres de Hervé de Séchard, chevalier.

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater Albericus abbas beate Marie de Burgo medio Blesis, totusque eiusdem loci conuentus salutem in Domino sempiternam. Noueritis quod cum contentio verteretur inter priorem de Boscia, fratrem et concanonicum nostrum, ex vna parte, et priorem Fracteuallis de ordine maioris monasterii ex altera, super quibusdam decimis in terris Heruei de Sechart armigeri existentibus; tandem de consilio bonorum, inter ipsos pro bono pacis in hunc modum extitit ordinatum, videlicet quod dictus prior de Boscia in omnibus decimis grossis et minutis in dictis terris dicti armigeri existentibus annis singulis, et in perpetuum, medietatem pacifice et integre, sine contradictione prioris Fractevallis percipiet et habebit. Dictus vero prior de Fractavalle aliam partem omnium decimarum in terris predicti armigeri existentium, sine contradictione prioris de Boscia similiter percipiet et

(1) Original aux Archives de Loir-et-Cher; sceau perdu. — Publiée par extrait, dans le *Cartul. Dunois*, n° 269, d'après le mss. 5,441², p. 186, qui donne le dessin du sceau. — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 207.

habebit; salua tamen dicto priori de Boscia decima cuiusdam pecie terre, site in territorio dicti armigeri circa Bosciam, quam decimam dicte pecie terre dictus prior de Boscia habet et percipit ab antiquo. Preterea dictus armiger ac ipsius heredes per unum annum erunt parochiani ecclesie de Boscia, per alium vero annum ecclesie sancti Viturii; et sic semper et in perpetuum alternatim. In cuius rei testimonium prefato priori de Fractaualle presentes litteras dedimus, in sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° LX° quinto, mense februarii.

## CCCXI

### « LETTRE DU LIEU ET APPARTENANCES DE VILLE-JALLIÈRE POUR LE PRIEUR DE SAINT-MARTIN DE LAVARDIN » (1)

1266

Saichent tuit cil qui cestes presentes lestres verront, que comme contenz fust entre le priour de seint Martin de Lauardin dune partie, et Richart Villejau de l'autre, sur ce, cest assauoir que ledit priour disoeit et proposeit contre ledit Richart, que cil Richart tenoit et persoit atant la meson de Ville Jallière, o terres, et o noes, et o toutes ses apartenances que eles soent, et quil ni auoit nul droit a les tenir; porquoi cil priour demandoit les deuant dites chouses auoir quites et deliurés, on non et par la reison de sa priouré. Ja soit ce que cil Richart deist enconstre, et deistque les chouses estoent soes, et qu'il les tenoist a tiercerie de la dicte prioré, et que cest son droit, laquele chouse le dit priour li noest. En la parfin ce saichent tuit que le dit Richard establi en droit par deuant nos, requonut qu'il nauoit droit ne par reison de héritaige, ne par reison de tiercerie, ne par autre reison eschouses deuant dites, et que celes chouses estoent de la dicte prioré véroement et sans nulle dote; et sil iauoit nul droit, il le donna et quita pardeuant nos a la dite priouré, en pure aumone et perpetuelle, et promit cil Richart par deuant nos, par la foi de son cors en notre mein donnée, especiaument que james esdeuant dictes chouses, ne en leurs apartenances, par héritaige, par eschanceté, par raison de tiercerie, ne par nulle autre raison desoreenauant rien ne

(1) Parchemin aux arch. de Loir-et-Cher. Au dos : « Johan Vileiau fiz Richart Vileyau, iadis moireier de Vileiallieres. »

demandera, ne ne fera demander, ne par lui, ne par autre. Et toutes cestes chouses, et chacune par soi, si come eles sont ci desus deuisées, cil Richart promist, par deuant nos tenir fermement, et loiaument acomplir, et quil ne vendra encontre par la foi deuant dite, et obliia quant a ce, par deuant nos, soi et ses hers, et tous ses biens muebles et non muebles, en quel que leu quil soent trouez, et renunca en cest foit cil Richart, sur la dite foi, a tout priuilège de croiz, et a toutes excepcions, et a toute aide de droit, de cort d'eglise et de cort laic, par quoi cestes chouses ou aucunes de celes, puissent estre empêchées ou anéentées ; et a ce segre et enterigner, nos auen condempne cil Richart, par deffinitiue sentence, par le jusegement de la cort monseigneur le conte, o son fesanz gerens, et que ce soit ferme et stable torjoursmes. Nos a la requeste dou dit Richart a cestes lestres auons mis le seau a causes de Vendome. Ce fut feit et scellé en lan de grace notre seigneur mil CC et soixante et six, au mois de may.

## CCCXII

## DE TERRIS DE FONTIBUS (1)

1266

Le prieur de St-Martin de Lavardin donne à rente plusieurs terres, sises à Fontaines.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Robertus decanus de Troo, salutem in Domino. Noueritis quod in nostra presentia constituti Johannes dictus Bierge, Raginardus Hugueti, paruus Raginardus eius frater, Robertus Tatereau, Garinus Bierge, Furcherius Bierge, et Drocco Bierge recognouerunt in iure coram nobis, quod ipsi receperunt a priore sancti Martini de Lauardino terras, quas ipsi solebant tenere a prioratu sancti Martini de Lauardino ad terciariam, videlicet quod dictus prior dicti prioratus in dictis terris percipiebat terciam partem de fructibus earumdem terrarum, et dicti Johannes Hugueti, et Raginardus, et eorum consocii, percipiebant duas partes de fructibus dictarum terrarum, ad sexaginta solidos annui et perpetui redditus, et ad sex capones reddendos dicto priori, ex parte dictorum Johannis, et Raginardi, et eorum consociorum cuiuslibet pro ea parte pro qua quilibet tenet de dictis terris, ad crastinum omnium sanctorum apud Lauardinum annuatim. Et ita tertiaria

(1) Titre en parchemin aux Arch. de Loir-et-Cher; le sceau est perdu.

fructuum dictarum terrarum, quam dictus prior solebat percipere in fructibus dictarum terrarum, quitata est et remissa pro redditu supradicto. Et site sunt predicte terre in parochia de Fontibus in feodo dicti prioris, prout idem prior et dicti Johannes et Raginardus et eorum consocii confessi fuerunt in iure coram nobis. Et promiserunt dicti Johannes et Raginardus et eorum consocii dicto priori et suis successoribus dictum redditum quilibet pro rata sua de cetero singulis annis reddere etc. (Suivent les garanties réciproques)....... In cuius rei testimonium et munimen, ad peticionem antedictarum partium presentes litteras sigillo nostro duximus roborari. Actum die lune post festum beati Nicholai hyemalis, anno Domini M° CC° LXVI°.

## CCCXIII

## « IN HAC CARTA CONTINETUR QUALITER HUGO D'ORGIÈRES VENDIDIT PRIORI DE CHOZIACO QUICQUID HABEBAT IN PARUA QUARTA » (1)

1266

Hugues d'Orgières vend au prieur de Chouzy ce qu'il possédait à la petite Quarte pour 67 sols

Uniuersis — officialis curie archidiaconi blesensis salutem — noueritis quod Hugo d'Orgières vendidit — priori de Choziaco, ordinis maioris monasterii, quicquid iuris, dominii, proprietatis, possessionis, idem Hugo habebat — in omnibus et singulis terris et redditibus ad medietariam que vulgariter nominatur La petite Quarte pertinentibus. Que dicta petite Quarte sita est, vt dicitur, super flumen Ligeris, in parochia de Choziaco, a dicto priore, — ex tunc quiete — in perpetuum possidendis, — pro sexaginta et septem solidis monete currentis Blesis — (suivent les formules ordinaires de garenties.) — In cuius rei testimonium..... presentes litteras — dedimus sigilli curie domini archidiaconi blesensis munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° LX° sexto, mense septembri, die sabbati ante festum beati Mathei apostoli.

(1) Titre en parchemin aux archives de Loir-et-Cher ; sceau perdu

## CCCXIV

### ACQUET DE LA DIXME DE BAGNEUX (1)

1266

« Acquet fait par le prieur de Chouzy, de Guillaume appelé Charlot Bochard, de la moitié de la dixme de Bagneux, scitué au terroir du même nom, paroisse de Tour, tant en terres, vignes et autres choses, moyennant dix-huit muids de bled froment, du mois de mars 1266, en parchemin, scellé d'vn sceau. »

## CCCXV

### AUTRE ACQUET DE LA DIME DE BAGNEUX (2)

1266

« Acquet par le prieur de Chouzy de... Demote, ecuier et Agnes, son epouse, de la quatriesme partie de la dixme de Bagneux, tant en terres que vignes, situées au terroir du même nom, paroisse de Tour, moyennant quatre muids de fleur de froment ; du mois de mars 1266, en parchemin, où il paroit avoir eu vn sceau. »

## CCCXVI

### AUTRE ACQUET DE LA DIME DE BAIGNEUX (3)

1267

« Acquet par led. prieur de Guillaume Herme et Jeanne, son épouse, de tout ce qu'ils avoient dans la dixme de Baigneux, scituée au terroir du même lieu, paroisse de Tour, moyennant trois muids de bled, mesure de Chousy, du mois de may 1267. »

(1, 2, 3) Inventaire des titres de Chouzy, dressé en 1758.

# CCCXVII

## DE CENSU SUPER TERRA DICTA LA FOUCAUDIÈRE « DE LAVARDINO » (1)

1267

« Lettre de III deniers de cens à cause de terres assises à la Foucaudière, en la paroisse de Naveil, pris en échange de II deniers de cens sur aucunes maisons assises en la ville de Vendôme, baillées aux frères myneurs. »

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Raginaldus Amaurici persona de Villa domay salutem in domino sempiternam. Noueritis quod cum dilectus in Christo Petrus dictus Sorre, burgensis vindocinensis iure hereditario haberet et possideret tres denarios annui census, sibi suisque heredibus debitos a Petro de Thoriaco presbitero, super quibusdam terris sitis apud la Foucaudière, in feodo meo, in parochia de Nauolio, carnotensis dyocesis, reddendos in festiuitate beati Martini estiualis, apud Vindocinum, nomine et ratione terrarum predictarum, et religiosi viri abbas et conuentus maioris monasterii turonensis, et eorum prior de Lauardino haberent in perpetuum et possiderent duos denarios annui census sibi debitos apud Vindocinum, super duobus domibus sitis prope domum fratrum minorum de Vindocino ; que domus fuerunt, videlicet altera illarum Gileti dicti Clementis burgensis vindocinensis, et alia defuncti dicti Harpin, quas dicti fratres minores acquisierunt titulo emptionis. Tandem facta sibi permutatione de dictis censibus ad inuicem et etiam cessione, sicut Petrus dictus Sorre in mea constitutus presentia recognouit, concessit in perpetuum et dimisit coram me predictus Petrus Sorre, de assensu et voluntate Alesie vxoris sue et Johannis filii eorumdem, predictis religiosis maioris monasterii et priori eorum de Lauardino predictos tres denarios annui census, cum omni iure, dominio, et proprietate, que in predictis tribus denariis censualibus, seu occasione vel racione eorumdem habent vel habere poterant, habendum tenendum de cetero et etiam possidendum libere, pacifice, et quiete, et quod tres denarii censuales predicti ab illis qui predictas terras de cetero et in perpetuum habuerint et tenuerint, eisdem religiosis apud Vindocinum in loco, vbi recipientur census prioris de Lauardino, pacifice persoluentur

(1) Deux exemplaires en parchemin aux Archives de Loir-et-Cher.

perpetuo annuatim. Hoc adiecto quod vendiciones et releuationes quas in terris illis contigerit euenire, ad priorem seu prioratum de Lauardino quiete et pacifice pertinebunt. Ego vero predictus Raginaldus Amaurici, in cuius feodo predicte terre consistunt, predictam cessionem et censuum permutationem volo, concedo, approbo et confirmo, et promitto eisdem religiosis maioris monasterii, et priori eorum de Lauardino tanquam dominus feodalius jus suum ibidem defendere et garantizare, quantum ad hoc me et heredes meos in posterum obligando. In cuius rei testimonium et munimen, ad petitionem et voluntatem dictorum Petri Sorre, et Alesie vxoris sue et Johannis eorumdem filii, presentes litteras dictis religiosis dedi sigilli mei munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° LX° VII°, mense maii.

## CCCXVIII

## QUALITER BURCARDUS COMES VINDOCINENSIS CONFIRMAT PREDICTUM EXCAMBIUM ET CONSTRUCTIONEM MURI PERMITTIT (1)

Mai 1267

Bouchard, comte de Vendôme, approuve le susdit échange, et permet au prieur de de Lavardin de construire un mur, dans la ville de Vendôme, où était autrefois la rue de Matulley.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Buchardus, comes vindocinensis salutem et pacem in Domino sempiternam. Noueritis me litteras dilecti in Xristo Raginaldi Amaurici persone ecclesie de Villa domay, uidisse verbothenus sub hac forma : Omnibus presentes litteras inspecturis Raginaldus Amauricj humilis persona ecclesie de Villa domay eternam in Domino salutem. Noueritis... etc... (ut antea). Ego uero Burchardus comes vindocinensis, ad peticionem predicti Raginaldi, et religiosorum predictorum predictam cessionem et permutationem censuum predictorum volo, concedo, approbo, et confirmo, et presentem cartam sigillo meo roboro, in testimonium et munimen. Preterea vero ego Buchardus predictus, ad instantiam et supplicationem dilectorum in Xristo patrum religiosorum Gardiani et fratrum minorum de Vindocino, concessi et adhuc concedo predictis religiosis abbati et conuentui maioris monasterii, et priori

(1) Titre en parchemin aux Arch. de Loir-et-Cher ; sceau perdu. — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 478.

eorum de Lauardino, vt ipsi in censiua sua, quam habent in predicta villa mea de Vindocino, videlicet in illa parte dicte censiue, in qua solebat esse antiquitus via de Matulleyo, possint a domo Guilloti dicti Mignon, vsque ad murum dictorum fratrum minorum, sicut se comportat via ex transuerso, a dicta domo Guilloti vsque ad murum supradictum dictorum fratrum minorum, murum ibidem constituere, seu edificare, et reedificare pro voluntate sua, tanquam in proprio fundo, et in dicto muro ibidem constructo januam, siue portam facere, per quam ingressum habeant libere et regressum. Ita tamen quod dicti religiosi maioris monasterii ob hoc nullum jus seu dominium in muris ville mee de Vindocino ualeant aliquatenus adipisci; nec etiam in muris seu muralibus dictorum fratrum minorum, nec eisdem fratribus de cetero aliquam calumpniam imponere vel imponi facere ab alio, nec eosdem fratres in aliquo molestare super illis supradictis duabus domibus acquisitis. In cuius rei testimonium et munimen, ego Buchardus comes vindocinensis supradictus, ad petitionem et supplicationem supradicti Raginaldi et vtrorumque religiosorum supradictorum presentem cartam sigilli mei munimine roboraui ad maius testimonium veritatis. Datum anno Domini M. CC. LXVII mense maii.

## CCCXIX

## DE SUMMA VINI IN VINEIS DE ROUSSETO — DE LAUARDINO (1)

1267 Décembre

Les religieux de Saint-Martin de Lavardin réclament aux héritiers des donateurs le paiement de la rente annuelle d'une somme de vin sur la vigne du Rousset, proche la vigne de la Léproserie.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Robertus decanus de Troo, salutem in Domino. Noueritis quod cum frater Gaufridus de Bello monte, presbiter monachus abbatie maioris monasterii, generalis procurator prioris et conuentus sancti Martini de Lauardino proponeret, nomine dictorum prioris et conuentus et nomine prioratus eorumdem, contra Petrum dictum Garnier clericum, et Aanordem filiam defuncti Jacobi de Viletibost, et Eremburgis eius

(1) Parchemin aux archives de Loir-et-Cher.

vxoris, neptis dicti Petri, quam Aanordem idem Petrus habebat, et adhuc habet in tutela sua vel custodia seu cura, et Henricum dictum Garnier clericum fratrem dicti Petri, et Hodeardem sororem eorumdem, et Gaufridum dictum Villicum, nomine liberorum suorum videlicet Alermi, Gaufridi et Philipe nepotum dictorum fratrum et dicte sororis, quorum liberorum dictus Gaufridus est tutor seu curator legitimus, coheredes defuncti Agnetis lagarnière; quod cum dicti prior et conuentus nomine sui prioratus predicti fuissent in possessione habendi et percipiendi per plures annos a tempore retroacto vsque ad tempus obitus dicte defuncte Agnetis, quamdam summam vini de legato, singulis annis persoluendam, tempore vindemiarum, impositam super vineas dicte defuncte Agnetis, quas ita possidebat tempore quo decessit, vt asserebatur; cui deffuncte dicti coheredes successerunt in vineis supradictis et eas possidebant et possederant ab obitu predicto, et adhuc possident; et ipsi coheredes cessassent a solucione dicte summe vini per septem annos, ut dictus procurator asserebat, continue subsequentes mortem dicte defuncte Agnetis; vnde peteret et petebat dictus procurator, nomine dictorum prioris et conuentus, et nomine prioratus eorumdem, septem summas vini, videlicet pro quolibet, anno de dictis septem annis vnam summam vini. Quod vinum dictus procurator estimabat ad ualorem centum solidorum. Peteret tamen dictus procurator nomine predicto ipsos coheredes compelli finaliter et condempnari ad reddendum dictum valorem pro arreragiis supradictis, et quod de cetero compellerentur ad reddendum dictam summam vini de legato, singulis annis in tempore vindemiarum. In nostra presentia constituti, et in iure dicti Petrus pro se, et Aanordis et alii coheredes, litem contestando recognouerunt dictos priorem et conuentum, nomine dicti prioratus, fuisse in possessione habendi et percipiendi dictam summam vini de legato super vineas dicte defuncte, et ipsius coheredes cessasse a solucione dicte summe vini per dictum tempus, prout superius est expressum; confitentes ipsi coheredes dictam summam vini esse impositam super vineam dicte defuncte Agnetis, que vocatur terra de Rousseto, sita in parrochia de Lauardino, propre vineam leprosarie, et vineam Guillelmi de Antoinio, et etiam propre vineam Guillelmi de supra pontem et viam que ducit ad molendinum defuncti Bruni (1), que vinea predicta de Rousseto fuit quondam Huberti Ratoire. Quam

(1) Ce moulin a toujours été connu dans la suite sous le nom de moulin *Feubrun*, sur le ruisseau de Saint-Arnoult, paroisse de Lavardin.

vineam dictus Petrus pro se et Aanorde predicta, et Hodearde sorore ipsius Petri tenuit et possedit a tempore mortis predicte defuncte, prout idem Petrus confessus fuit in iure coram nobis. Et nos confessione dicti Petri et aliorum coheredum audita, dictum Petrum quamdiu tenuerit dictam vineam et alios possessores dicte vinee, in scriptis sententialiter condempnamus ad reddendam de cetero dictam summam vini singulis annis priori et conuentui supradictis, et in tempore antedicto, salua tamen questione dicti procuratoris nomine dictorum prioris et conuentus et prioratus sui contra dictum Petrum nomine arreragiorum predictorum. Datum die veneris post festum S. Nicholai hyemalis, anno Domini M° CC° LX septimo.

## CCCXX

## INQUESTA DE JURIBUS COMITIS ET PRIORIS DE MOREIS (1)

1268

Enquête sur la justice de Morée, qui 1) reconnaît au comte de Blois, le droit de haute justice, 2) lui refuse le ressort de la justice du prieur, 3) et le droit de garde du prieuré, 4) lui confirme le droit au serment de fidélité, 5) de percevoir les amendes pour les vignes et les bois, 6) excepté les épaves, et 7) lui reconnaît le droit au moins en partie à la garde des bois de Morée; le tout mis en revendication par le prieur de Morée.

INQUESTA facta per G. decanum beati Martini turonensis, et dominum Johannem de Domibus militem, super contencione que vertebatur inter comitem blesensem, ex una parte, et priorem de Morehiis ex altera. Primo, super eo quod magister Haymericus clericus et procurator ejusdem comitis ponebat pro ipso comite, quod ipse comes et predecessores sui comites fuerunt, sicut credebat, in possessione justicie sanguinis, latronis et duelli, et tocius alte justicie ville et territorii de Moreiis, infra metas castellanie castri de Marcheisner, quod castrum situm est in comitatu blesensi, et est ipsius comitis blesensis, usque ad tempus, quo dominus rex cepit dictam justiciam in manu sua. Quia dictus prior de Moreiis confessus fuit Gaufridum comitem Castriduni et vicecomitissam ejus uxorem expletasse de predictis justiciis apud Marchesner, de hominibus de Moreis; determinatum est quod dictus comes remaneat in possesione justicie sanguinis,

(1) Publié dans les *Olim*, t. I, p. 141.

latronis et duelli et tocius alte justicie, ville et territorii de Moreis, infra metas castellanie castri predicti.

Secundo, ponebat idem procurator, quod justicia que vulgariter dicitur Resort curie ipsius prioris, de tali justicia quam idem prior habet in eadem villa et territorio de Moreis, vadit apud predictum castrum de Marcheisner, et de hoc fuerunt in possessione predecessores ipsius comitis, ut credebat. Ad istum articulum de resorto respondebat prior quod hoc non credebat, quia nonquam vidit explectari. Quia super hoc articulo nichil probatum est pro dicto comite, non habebit idem comes saisinam hujus resorti.

Item ponebat dictus procurator quod predecessores prefati comitis fuerunt in possessione custodie prioratus de Moreiis, sicut credebat. Ad quod respondebat dictus prior quod hoc non credebat, immo dicebat, per sacramentum suum, quod dominus Rex est in possessionne ipsius custodie. Quia super isto articulo, nichil est probatum pro dicto comite, non habebit ipse comes saisinam dicte custodie.

Item ponebat dictus procurator quod predecessores dicti comitis fuerunt et ipse eciam comes est in possessione habendi sacramentum fidelitatis a duobus prepositis ville de Moreiis, qui hereditarie succedunt in prepositura ville de Moreiis (1), sicut credebat. De isto articulo, quia predictus prior confessus fuit quod ipsi prepositi jurati sunt custodire jus comitis, determinatum est quod idem comes habeat saisinam hujusmodi sacramenti.

Item ponebat dictus procurator, quod predecessores dicti comitis fuerunt, sicut credebat in possessione habendi emendas vinearum et virgultorum fractorum in villa et territorio de Moreiis. Ad quod respondebat idem prior quod hoc non credebat, immo dicebat quod ipse est in possessione habendi hujusmodi emendas, et de talibus cognoscitur coram ipso. Quia articulus iste probatus est pro dicto comite, habebit comes saisinam harum emendarum.

Item ponebat dictus procurator, quod dicti predecessores ipsius comitis fuerunt, sicut credebat, in possessione habendi animalia, tam fera quam domestica, et omnia alia inventa in villa et territorio de Moreis. Ad istum articulum respondebat dictus prior, quod hoc non credebat, sed dicebat quod ipse et predecessores sui sunt in possessione explettandi et habendi l'espave in terra de Moreiis, in

(1) « Il est probable que conformément à un usage fort répandu à cette époque la prévoté de la ville de Morée avait été vendue à perpétuité. L'inféodation, la vente ou la location des prévotés donnèrent lieu, pendant le XIII[e] siècle, aux plus vives réclamations de la part des habitants des villes et campagnes. (Brussel. *Usage des Fiefs*, p. 422-425). — Note des *Olim*.

feris et domesticis animalibus, et apibus et aliis pertinentibus ad l'espave. De isto articulo nichil probatum pro comite, nec inde habebit saisinam, sed remanebit priori qui probavit.

Super hoc autem quod proponebat dictus procurator predecessores dicti comitis fuisse, sicut credebat, in possessione explettandi custodiam haiarum, que sunt fortericie in territorio de Moreiis, et percipiendi et levandi emendas a forisfactoribus dictarum haiarum, quod prior negabat. Postmodum post receptionem plurimorum testium, Ysembardus castellanus carnotensis, procurator dicti comitis, et idem prior de Moreis, consenserunt in hoc coram inquisitoribus, quod custodia dictarum haiarum pertinet ad prepositos de Moreis, qui jurati sunt comitis et prioris, de juribus eorum observandis, et si dicti prepositi aliquem forisfacientem in dictis haiis ceperint, debent ipsum adducere, vel pignus ejus apportare ad domum dicti prioris de Moreiis, et ibi debent judicari forisfactores haiarum, et habent dicti prepositi, de dicta emenda quartam partem, et dictus prior tres partes. Concordaverunt eciam in hoc, quod dictus prior si voluerit, potest dictas haias in propria persona custodire, et capere forisfactores, si invenerit; et eciam ipse comes, si voluerit, potest custodire, et florisfactorem capere, et adducere ad domum dicti prioris, ut dictum est.

Concordaverunt etiam in hoc quod servientes castri de Marchesneir, si missi fuerint aliquando pro proprio negocio domini de Marchesneir, transitum fecerint per dictas haias, et invenerint forisfactorem in ipsis, possunt capere vel pignus apportare ad dictum prioratum, et ibi de emenda recipiunt viginti denarios, et residuum est prioris ; set ille serviens qui forisfactorem ceperit et adduxerit, debet et tenetur jurare quod ipse transitum per dictas haias non faciebat ad hoc, ut dictas haias vellet custodire, vel aliquid aliud ibi querere vel facere, nisi quod tantummodo pro negocio domini de Marchesneir transitum per dictas haias faciebat.

Concordant eciam in hoc dicte partes, quod alias dicti servientes de Marchesneir non possunt aliquem forisfactorem capere in dictis haiis, nisi tantum modo transitum faciendo per eas, missi proprie pro negocio domini de Marchesneir, nec possunt forisfactorem aliquem ibi capere nisi ipsum transeundo viderint forisfacere, vel audierint scindentem sive percutientem in dictis haiis.

Preterea super hoc quod dictus, prior dicebat quod ipse haie de Moreiis sue sunt, nichil probatum est pro ipso. Ad hoc eciam quod dictus prior dicebat quod ipse haie site sunt infra metas terre sue,

nichil est probatum pro ipso. Super eo autem quod prefatus prior dicebat se et antecessores suos usos fuisse predictis haiis, scindendo, donando, tradendo ad essartandum et ad censum, ad hospitandum ibidem, interrogandi sunt iterum testes.

## CCCXXI

## DE CENSU SUPRA QUAMDAM DOMUM IN VICO DE LA POTERIE APUD VINDOCINUM (1)

1268

Bouchard, comte de Vendôme, échange, avec le prieur de Lavardin, 4 sols de cens sur une maison rue de la Poterie, pour une maison, qu'il donne aux frères mineurs, avec le droit d'y ouvrir une porte.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Bocardus comes Vindocinensis, salutem et pacem in Domino sempiternam. Noueritis quod cum ego haberem et possiderem jure hereditario quatuor denarios annui census michi debitos apud Vindocinum super quamdam domum Guillermi dicti Moleteau, sitam iuxta domum defuncti Gaufridi Testuel in vico de la Poterie; et religiosi viri abbas et conuentus maioris monasterii turonensis, et eorumdem prior sancti Martini de Lauardino, haberent imperpetuum et possiderent duos denarios annui census, sibi debitos apud Vindocinum, super quamdam domum cum pertinenciis, que fuit quondam Mauricii de Candie, et vxoris sue, sitam iuxta domum Andree de Fracta ualle ex vna parte, et iuxta domum Hugonis dicti Torgis ex altera parte. Tandem facta cessione de predictis censibus ad inuicem, et etiam permutacione, concessi ego et dimisi predictis religiosis ius, dominium, et proprietatem, que in predictis quatuor denariis censualibus, seu occasione uel ratione eorumdem, habebam vel habere poteram, habendos, tenendos de cetero et etiam possidendos libere, pacifice et quiete, sicut ceteros census, quos habent in quadam parte ville mee de Vindocino, tenent libere, pacifice et quiete; et quod

(1) Titre en parchemin aux Arch. de Loir-et-Cher. — Sceau perdu, Un *vidimus* fut donné, le 2 janvier 1437/8, par l'official de Tours, où il est dit que l'original était scellé « Domini Bocardi quondam comitis vindocinensis, magno et parvo sigillis, armorum suorum in pendenti cum cauda dupplici sigillatas ». Ce vidimus avait été donné « pro nonnullis justis causis et arduis negociis dicti monasterii in diversis partibus, ad quas presentes litteras propter guerrarum pericula, et viarum distanciam, mittere non sunt ausi, ne per earum delacionem dicte littere forsan possint deperire... ».
Dom. Villevieille, art. Vendôme.

census predicti ab illis qui predictam domum dicti Guillelmi Moleteau de cetero et imperpetuum tenuerint et habuerint, eisdem religiosis pacifice persoluantur apud Vindocinum, in festo sancti Martini estiualis, perpetuo annuatim. Hoc etiam adiecto, quod vendiciones et releuationes, quas in dicta domo contigerit euenire, ad dictos religiosos quiete, libere et pacifice pertinebunt. Et permitto eisdem religiosis ius suum ibidem defendere et garantizare, sicut habent in aliis censibus suis supra predictis, quantum ad hoc me et heredes meos imposterum obligando. Preterea ego predictus Boccardus comes vindocinensis predictam domum, que fuit quondam dicti Mauricii de Candie, et uxoris sue quam recepi a sepedictis religiosis, pro cessione et permutacione predictorum quatuor denariorum annui census sibi debitorum, super predictam domum dicti Guillelmi Moleteau, do et concedo in puram elemosinam dilectis in Xristo pauperibus religiosis minoribus de Vindocino, volens et concedens eisdem fratribus, vt ipsi in platea dicte domus dicti Mauricii de Candie cum ceteris pertinenciis dicte domus possint, quociescumque voluerent, constituere portam suam, et ibidem clausuram edificare qualemcumque voluerint, quocienscumque viderent expedire. In cuius rei testimonium et munimen sigillo meo presentes litteras sigillavi. Datum anno Domini milesimo ducentesimo sexagesimo octauo, mense nouembri.

## CCCXXII

## DE QUICTATIONE DECIME DE RODON (1)

1268

Jean, fils d'André, prévôt de Rhodon, délaisse à Marmoutier la dîme de Rhodon, la garde des bois, prés, etc., du prieuré de Villeberfol, qu'il réclamait par droit d'héritage.

OMNIBUS presentes litteras inspecturis, officialis curiae archichidiaconatus vindocinensis in Vindocino, salutem in Domino. Noueritis quod cum contentio verteretur inter religiosum virum fratrem Stephanum Dei inspiratione abbatem monasterii maioris monasterii turonensis, ex vna parte, et

(1) Titre en parchemin aux Archives de Loir-et-Cher, scel perdu.

Johannem filium defuncti Andree, quondam prepositum de Rodon, vt dicitur, ex altera; super eo quod jdem Johannes dicebat et proponebat contra dictum abbatem, quod prepositura de Rodon fuerat dicti defuncti Andree, patris sui, et quod ipsa prepositura cum suis pertinentiis ad ipsum Johannem pertinebat et pertinere debebat, ex successione dicti defuncti Andree patris sui. Dicebat et idem Johannes quod tractus decime de Rodon que est dicti abbatis, et custodia nemoris seu nemorum et pratorum prioratus de Villaberfodi, spectabant ad dictam prepositurам, et ad ipsum Johannem ratione dicte prepositure, et quod idem Johannes ratione tractus decime predicte debebat percipere et habere singulis annis, in grangia dicti abbatis de Rodon, vnum modium frumenti, ad mensuram vindocinensem, et nouem sextaria auene ad mensuram blesensem, et in predicto prioratu de Villaberfodi similiter dicebat percipere et habere idem Johannes, annis singulis, dimidium modium frumenti ad mensuram blesensem, et qualibet ebdomada vnum panem, videlicet pro custodia nemorum et pratorum prioratus supradicti ............ etc..... licet prepositus dicti abbatis contrarium affirmaret..... Tandem in jure coram nobis constitutus supradictus Johannes confessus fuit se quitasse et etiam quitauit coram nobis dicto abbati et priori ........... Et tactis sacrosanctis euangeliis jurauit ... quod contra non ueniret .... In cuius rei memoriam testimonium et munimen ... presentibus litteris sigillum curie vindocinensis duximus apponendum. Datum anno Domini M° CC° LX$^{mo}$ octauo, mense decembri.

## CCCXXIII

## LES USAGES DU SENTIER (1)

1268

Vente des vsages du Sentier, faite par le Chambrier aux habitants dudit Sentier, l'an 1268, cottée K, inutile, anéanti.

(1) Archives d'Indre-et-Loire, H. 210, f. 156.

## CCCXXIV

## DE CONTESTATIONE CUM RELIGIOSIS DU BURGO MEDIO (1)

1270

Maître Jodoyn d'Orléans official de Bourges, arbitre choisi, adjuge à MM. la moitié des dîmes novales, dans les limites de la paroisse de Mesland, que les religieux de Bourg-Moyen percevaient contre tout droit.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, officialis bituricencis, judex, vña cum religiosis viris sancti Sulpicii et sancti Ambrosii bituricensis abbatibus, collegis suis a domino papa delegatis, subdelegatusque eorumdem abbatum in causa, quam religiosi viri abbas et conuentus maioris monasterii turonensis mouerant seu mouent Biturigis, vt dicitur, auctoritate predicta, contra religiosos uiros abbatem et conuentum beate Marie de Burgo medio blesensis, salutem in Domino. Nouerint uniuersi quod cum inter prefatos religiosos abbatem et conuentum maioris monasterii turonensis ex vna parte, et prefatos religiosos abbatem et conuentum beate Marie de Burgo medio blesensi, ex altera, contencio verteretur super hoc, quod predicti abbas et conuentus maioris monasterii proponebant, contra predictum abbatem et conuentum beate Marie de Burgo medio blesensi, quod ipsis abbati et conuentui maioris monasterii, auctoritate apostolica, est concessum quod in parochiis ecclesiarum in quibus ius obtinent patronatus, et in quibus veteres decimas percipiunt, possint decimas noualium percipere et habere. Verum cum intra metas parochie ecclesie de fonte Merlandi, in qua jus obtinent patronatus prefati abbas et conuentus maioris monasterii, et veteres decimas percipiunt ab antiquo predicti abbas et conuentus de Burgo medio, et decimas noualium de facto percipiant, videlicet a meta de Labarde, vsque ad locum qui vocatur le Mortier, et ab eodem loco vsque ad foueam deffuncti Morcii Mauricii, et a dicta fouea vsque ad metas camporum deffuncti Dyonisii, et a predictis metis vsque ad Orichaus, et ab eisdem Orichaus vsque ad Stillac, et ex inde vsque ad metam de Pano, et ab eadem meta vsque ad hayas de podio de Mainac in preiudicium dictorum abbatis et conuentus maioris monasterii turonensis, vt dicebant, petebant dicti abbas et conuentus maioris monasterii, per sententiam declarari

(1) *Cartul. de Mesland*, n° 12, fol. 7, v°.

dictos abbatem et conuentum de Burgo medio blesensi non habere jus percipiendi decimas noualium predictorum, infra metas parochiae..... ipsas decimas ad abbatem et conventum MM. pertinere debere racionibus premissis; petebant eciam fructus dictarum decimarum noualium ab eisdem abbate et conuentu de Burgo medio indebite perceptos, et prohiberi ne de cetero ipsos abbatem et conuentum MM. impedirent quominus easdem decimas noualium possent percipere, et habere. Tandem post multas altercationes, magistro Matheo de Chaslons procuratore MM. ex una parte et fr. Guidone, canonico beatae Mariae de Burgo medio blesensi, habentibus speciale mandatum ab eisdem transigendi ....... compromiserunt in nos magistrum. Jodoynum de Aurelianis, officialis bituricensis ... sub pena centum marcharum argenti ... a parte dictae ordinacioni non obtemperanti parti alteri persolvenda ....... Nos magister Jodoynus de Aurelianis, officialis bituricensis, dictam nostram ordinacionem siue compositionem proferimus in hunc modum : videlicet quod predicti abbas et conuentus maioris monasterii ex nunc percipient, et percipere valeant, leuare, et habere in perpetuum, pacifice et quiete, nomine suo et ecclesie sue, medietatem decimarum noualium, sitarum infra metas parochie ecclesie de fonte Merlandi, secundum fines declaratos in sua peticione. Et quod in illa medietate predicti abbas et conuentus de Burgo medio quacumque ratione seu causa, nichil de cetero percipient, leuabunt nec habebunt, nomine suo, nec ecclesie sue, nec aliquid juris, racione decime per se, nec per alios poterunt in posterum reclamare, et nobis potestatem distinguendi predictam medietatem per cunctos fines si necesse fuerit, vel si inter dictas partes super hoc oriatur discordia retinemus; super residuo vero decimarum predictarum et super fructibus seu exitibus perceptis ex inde, seu qui percipi potuerunt, ac super expensis factis a partibus predictis in lite, retinemus potestatem proferendi conuictum vel diuisum, nostramque ordinacionem seu compositionem nostram, loco et tempore, quandocumque seu quocienscumque videbitur nobis expedire. In cuius rei testimonium et munimen presentes litteras dedimus sigillo curie bituricensis, vna cum sigillo nostro proprio sigillatas. Actum die veneris post Innocauit me, cum procuratoribus predictis, et eisdem presentibus et consentientibus. Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo.

B. pr.

## CCCXXV

## ECHANGE ENTRE LE COMTE DE BLOIS ET PHILIPPOT DE BURY (1)

1270

Coppie du contrat d'échange fait entre Jean de Chastillon, comte de Blois, et Philippot de Bury, par lequel ledit Bury cedde audit comte tous les héritages qu'il possedoit dans la ville de Champront, et en contre échange desdits héritages ledit comte cedde entre autres choses audit de Bury, 50 livres 4 sols de rente qu'il auoit droit de prendre sur les tailles de Chousy et Meslan, par moitié. Sans sceau. 1270 Juillet.

## CCCXXVI

## BULLA GREGORII PAPAE X. PERMITTENTIS VENDITIONEM QUARUMDAM TERRARUM (2)

1271

*Grégoire, permet à Marmoutier de vendre plusieurs possessions de France et d'Angleterre, pour en acquérir d'autres plus utiles.*

Uniuersis præsentes litteras inspecturis et audituris, Jacobus permissione diuina sancti Pauli Cormeriacensis abbas, ordinis sancti Benedicti, turonensis diocesis, salutem in Domino. Noueritis nos mandatum summi pontificis domni Gregorii, diuina possidentia sacrosancte Romane ecclesie pape decimi recepisse in hec verba : GREGORIUS episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio abbati sancti Pauli cormeriacensis, ordinis, sancti Benedicti, turonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii abbas et conuentus majoris monasterii turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, nobis humiliter supplicarunt. vt cum ipsi quasdam possessiones minus utiles in regnis Francie et Anglie habeant, que vallorem trium milium librarum parisiensium non excedunt, vendendi et permutandi eas, cum magis utilibus, sibi

(1) Archives d'Indre-et-Loire, H. 381, registre de la Grèneterie de Blois, fol. 42.

(2) Copie en papier aux arch. de L.-et-Cher. — D. Anss. Lemichel, l. c., p. 204, Grèneterie.

licentiam largiremus. Quia vt ex officio nostro tenemur ecclesiarum vtilitatibus prouidere, discretioni tue per apostoliqua ipsa mandamus quatenus predictis abbati et conuentui, auctoritate nostra, postulata concedas, si vtilitati dicti monasterii videris expedire, juramento de non alienandis aut permutandis bonis prefati monasterii ab eodem abbate præstito non obstante, et si eas vendi contigerit, earum pægnias ad manus tuas recipias, ipsasque conuertas in alias possessiones magis utiles monasterio memorato, prouiso vt quod pro ipsius monasterii vtillitate conceditur, in ipsius dispendium nullatenus commitatur, et tu tandem in extremo examine dignam coram Deo possis judici reddere rationem. Datum apud Verberanesem, X Kal. Decembris, pontificatus nostri anno primo.

## CCCXXVII

## DE JUSTITIA COMITIS VINDOCINENSIS APUD SEMITARIUM (1)

1272

Le comte Bouchard de Vendôme avait fait saisir quatre hommes sur le territoire des religieux du Sentier ; sa veuve Marie est condamnée pour cet abus de pouvoir par Girard, archiprêtre de Sainte-Maure. Cependant les religieux ne pourront exiger aucun dommage.

Vniuersis presentes litteras inspecturis et audituris Girardus Blesis archipresbiter de sancta Maura in ecclesia turonensi, salutem in Domino. Nouerint uniuersi quod cum contentio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Majoris monasterii ex una parte, et nobilem virum B. comitem vindocinensem, et postmodum eo viam universæ carnis ingresso, inter nobilem dominam Mariam, comitissam vindocinensem, ratione liberorum suorum, quos habet in tutela sua sive ballo, ex altera ; super captione quatuor hominum, quos dictus comes fecerat capi in territorio dictorum religiosorum prioratus de Semitario, minus juste ut dicti religiosi asserebant, dicentes esse factum hoc in ipsorum injuriam, prejudicium et gravamen ; et in nos esset a dictis partibus super dicta quœstione alte et basse compromissum, ita tamen quod nos teneremur dicere dictum nostrum, de consilio magistri Gauffridi infantis, archipresbiteri

(1) Housseau VII, 3251, le Sentier, extrait du cartulaire de la Chambrerie, Salmon IV, nº 1378.

turonensis, prout in litteris dictarum partium super hoc confectis plenius continetur, nos super hæc inquisita diligentius veritate, et dicti Gauffridi communicato consilio, dictum nostrum proferimus in hunc modum : dictos homines injuste raptos fuisse et premissa fieri de jure non licuisse, pronunciantes nichilominus quod dicta domina restituat loca de dictis hominibus vel de re aliqua, loco ipsorum per nuncium ad hoc litteratorie destinatum ; pronunciamus nichilominus pro bono pacis quod dicti religiosi non possint petere a dicta comitissa, nec a liberis ejus, nec ab aliquibus aliis, ratione captionis premissæ, dampna, nec expensas, nec aliquam estimationem injuriæ, vel emendæ, salvo nichilominus comitissæ et liberis suis jure in omnibus aliis articulis contra religiosos predictos, et etiam pro omnibus quas intendebat uel poterat movere contra ipsos, ratione liberorum suorum. Actum cum predicta nobili presente, et fratre Johanne subcamerario dicti monasterii procuratore ejusdem in his consentientibus. In cujus rei testimonium sigillo nostro una cum sigillo G. archipresbiteri turonensis presentes litteras fecimus sigillari. Datum die veneris post Quasimodo, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo.

## CCCXXVIII

## VENDITIO L LIBRARUM IIII^s A PHILIPPO DE BURIACO, JOHANNI DICTO JUVENI (1)

1272

Philippes de Bury vend à Jean le Jeune, sa vie durant, 50 livres 4 sols de rente sur les tailles de Chouzy.

Universis — noveritis quod cum Philippus de Buriaco miles habeat. — ratione cuiusdam permutationis L. libras et IIII solidos — in tailliis de Choziaco et de Mellano, — recognouit in jure se vendidisse Johanni dicto Juveni clerico ad vitam ipsius, — precio ducentis, et quinquaginta libris monete currentis — Actum anno domini M. CC. LXXIj, mense octobri.

(1) Titre en parchemin, aux archives de Loir-et-Cher. — scellé en cire brune sur double queue de parchemin, sceau brisé. — Le même acte en français passé par Henri Gardon, chastelain de Blois, avec trois sceaux.

## CCCXXVIII bis

## QUOD UXOR PHILIPPI DE BURY CONSENSIT PREDICTAE VENDITIONI (1)

1272/3

« Ratification de lad. vente par Jeanne, femme de Philippe de Bury.

Universis — noveritis quod Johanna uxor Philippi de Buriaco militis — in presentia Mathei de Carbonariis clerici jurati nostri — voluit concessit et etiam approbavit venditionem factam a dicto Philippo de Buriaco Johanni dicto le Jenure, civi cenomanensi ad vitam ipsius Johannis de 50 libris et 4s annui redditus, que habebat dictus Philippus super tailliis comitis blesensis, de Chosiaco et de Fonte Mellandi — pro ducentis et quinquaginta libris turonensibus. — Et juravit quod ipsa ratione dotis vel dotalicii — non veniet in futurum contra. — Datum anno Domini M. CC. LXXII, die martis, post Epiphaniam.

## CCCXXIX

## QUALITER PHILIPPUS LEGRAS VENDIDIT PARVAM QUARTAM (2)

1272/3

Philippe Legras et Ozanna sa femme vendent au prieur de Chouzy ce qu'ils possédaient à la Petite-Quarte, pour 6 livres.

Universis — officialis curie archidiaconi blesensis salutem — noueritis quod Philippus dictus Legras et Osanna eius uxor vendiderunt — priori de Choziaco — totum jus, dominium et proprietatem — que habebant — in gaagneria que vocatur la Petite-Quarte — pro sex libris monete currentis Blesis — (suivent les formules de garantie) — In cuius rei testimonium — presentes

(1) Titre en parchemin aux arch. de Loir-et-Cher. — Archives d'Indre-et-Loire, H. 381, f. 22.

(2) Titre en parchemin aux archives de Loir-et-Cher, sceau perdu.

litteras — dedimus sigilli curie domini archidiaconi blesensis munimine roboratas. Actum die sabbati, post purificationem beate Marie Virginis, anno Domini M° CC° LXX° secundo, mense februario.

## CCCXXX

« QUOMODO PHILIPPUS DE BURY NOBIS UENDIDIT « L. LIBRAS ET IIII SOLIDOS REDDITUS ANNUI « QUE HABEBAT SUPER TERRA DE CHOSEIO ET « MELLANO. »

1273

Philippe de Bury, chevalier, vend à Marmoutier une rente de 50 livres et 4 sous sur les tailles de Chouzy et de Mesland, qu'il avait échangée avec Jean de Chatillon, comte de Blois, pour sa seigneurie de Champront.

Unuiersis presentes litteras inspecturis, Philippus de Buriaco miles salutem in Domino. Noueritis quod cum nobilis vir Johannes de Castellione comes blesensis et dominus de Auesnis dederit tradiderit et assignauerit mihi in perpetuum quinquaginta libras et quatuor solidos annui redditus monete blesensis currentis, videlicet viginti quinque libras in tallia sua de Chouziaco et in tallia sua de fonte Mellandi, alias viginti quinque libras et quatuor solidos, ratione cuiusdam permutationis seu escambii facti et habiti inter me et dictum comitem super portione seu parte hereditaria me contingente in villa et pertinentiis de Champroont, quas quinquaginta libras et quatuor solidos vna cum quibusdam aliis rebus ratione permutationis seu escambii predicti mihi dictus comes tradiderat et assignauerat cum omni segnoria quam ibi habebat dictus comes..... saluo ressorto suo..... Tandem ego de consensu et voluntate Johanne uxoris mee vendidi et venditionis nomine concessi..... religiosis viris abbati et conuentui maioris monasterii dictas quinquaginta libras et quatuor solidos monete currentis annui redditus, cum omni segnoria predicta quam ibidem habebam..... precio mille librarum monete blesensis currentis..... Ad quæ omnia et singula tenenda firmiter et inviolabiliter obseruanda, ego fide media me et heredes meos et specialiter et expresse totum

herberiagium meum de Bochetes, cum stagno et omnibus aliis pertinentiis dicti herberiagii, omnesque quarterias meas de Blemarcio, ac omnia alia bona mea mobilia et immobilia etc..... prefatis religiosis totaliter obligo..... In cuius rei testimonium ego, de consensu et voluntate dicti Johanne vxoris mee predictis religiosis, do et concedo presentes litteras sigilli mei munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo tercio mense Junio (1).

## CCCXXXI

## DE EODEM

« Quod Johannes iuvenis de assensu Philippi de Bury (al. de « Buriaco) quitauit nobis L. libras et iiij^or solidos redditus, « quos emerat a dicto Philippo ad uitam suam aput Choseium « et Mellanum. » (2)

Juin 1273

## CCCXXXII

## « CHARTE DE JOHANT DE CHATEILLON APPROUVANT LA SUSDITE VENTE » (3)

Juing 1273

Ge Johan de Chasteillon, cuens de Bloys, et sires d'Avesnes faz assauoir... que par deuant moy... etc... Ceste vente voil, loe et ottroi et admorti à labbé mes cenz..... sauf à moi et à mes hoirs les joustices et mon ressort.

(1) Arch dép. de Loir-et-Cher, avec sceau en cire brune sur cordons de soie rouge. — Arch. d'Indre-et-Loire, H, 381, f. 22.

(2) La pièce ne contenant aucun détail nouveau, nous n'en donnons que le titre inscrit au dos de la charte en parchemin, aux arch. de Loir-et-Cher.

(3) Copie vidimée en 1310 et en 1325.

## CCCXXXIII

## JOHAN DE CHATILLON AMORTIT LADITE RENTE EN FAVEUR DES HABITANTS DE CHOUZY ET DE MESLAN (1)

Juing 1273

GIE Johan de Chasteillon, cuens de Blois, et sires d'Auesnes, faz assauoir a toz cels qui verront cestes presentes lettres, que gie voil et otroi et comant que li cueller des tailles, que gie aie sus les borgeis et sus les homes demoranz a Chouzi et a Merlan (sic), rendent a religieus homes a labbé et au conuent de maieur moustier, ou a leur comandement, chascun an a toz jorz mes, cinquante liures et quatre solz de rente que cil religieus ont acheté de Phelippe de Buri, cheualier, et que cil Phelippes tenoit de moi en fié : cest assauoir li cuelleur de la taille de Chouzi vint et cinq libres, et li cuelleur de la taille de Mellan, vint et cinq libres et quatre solz. Et icelles cinquante libres et quatre solz de rente ensint paiées as deuant diz abbé et couent ou à leur comandement. Gie en quit icels cuelleurs et les borgeis et les homes, qui doiuent les dites tailles, de icelles cinquante libres et quatre solz de rente, sanz ce que gie ne mi hoir, ne mi successeur, diceles cinquante libres et quatre solz de rente, leur puissien iames riens demander. En tesmoing de la quele chose gie ai fet sceller cestes présentes lettres de mon seel. Ce fut fet lan de l'incarnation nostre Segneur mil dous cenz sexante et treze, ou mois du Juing.

## CCCXXXIV

## P. EPISCOPUS CARNOTENSIS DICTAM VENDITIONEM APPROBAT (2)

Sept. 1273

Confirmation de la susdite vente par Pierre, évêque de Chartres.

Universis. — P. Dei gratia carnotensis episcopus, salutem in Domino. Noueritis quod cum nobilis vir Johannes de Castellione,

(1) Titre en parchemin aux arch. de Loir-et-Cher, sceau perdu. — Archives d'Indre-et-Loire, registre de la Grèneterie de Blois, H. 381, f. 22. — Vidimus de 1370 et de 1452.

(2) Titre en parch. aux arch. de Loir-et-Ch.

comes blesensis et dominus de Auesnis, dederit..... in perpetuum Philippo de Buriaco militi, L. libras et IV sol. annui redditus... in tallia sua de Chosiaco et in tallia sua de fonte Mellandi..... Item Philippus in jure coram nobis constitutus vendidit... religiosis viris et abbati MM. — dictas L libras et IV^or^ sol... precio mille librarum monete blesensis..... In cuius rei testimonium... concessimus presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno M CC LXXIII mense septembri, die mercurii ante festum nativitatis beate Marie Virginis.

## CCCXXXV

### GARANTIE DONNÉE A MM. PAR ALIX, COMTESSE DE BLOIS, POUR LA CONSTRUCTION DE L'ABBAYE DE LA GUICHE (1)

1273

Obligation de Alix, comtesse de Blois, dame d'Avesnes, épouse de Jean de Chatillon, qui promet de dedommager les religieux, abbé et couvent de Marmoutier de tous les tors et dommages, qu'ils encoureront à la fondation d'vne abbaye de religieuses, qu'elle entend faire dans leur paroisse de Chousy, pour quoy elle oblige tous ses biens, du mois de may 1273, en parchemin.

## CCCXXXVI

### LETTRE D'ALIX, COMTESSE DE BLOIS, A ETIENNE, ABBÉ DE MARMOUTIER, POUR LA CONSTRUCTION DE L'ABBAYE DE LA GUICHE (2)

1273

A religieux homme et honneste, son chier père et Nostre-Seignor, Estienne, par la grâce de Dieu, abbé de Marmoutier de Tours,

(1) Invent. mss. des titres de Chouzy en 1758. — Cette pièce et par sa date et par la dernière phrase nous semble distincte de la lettre suivante.

(2) Mémoires de la Société Archéol. de Touraine, t. XXV, p. 244. — Histoire de Chouzy, par M. Ludovic Guignard, p. 33. — Archives d'Indre-et-Loire, H. 381, f. 7.

Aelis, comtesse de Blois et dame d'Avesnes, salus en toute réverence et honor.

Sire, je vous pri et requier tant com je puis plus, que pour l'amor de Dieu, por l'amor et l'enhonor de mon chier seignor et de moi, il vos veigne à plésir que vos ne metez, ne ne faciez metre contredit ne empêchement ou fondement de l'abbaie que nos entendon a commencer dimanche prochain. Quart sachiez, sire, que nos sommes aparellé, et mon seignor et gie, de vos faire plenaire satisfaction de tous les domaiges, que vos il porriez avoir, ou a ja ou a loing, au dit de preudes hommes ; et à ce faire et accomplir nos nos obligions vers vos par nos lettres pendans que nos vos envoion. Si vos prion, sire, que vos i envoies au devant dit jor, ou avant se il vos plest, gens qui puissent prendre de par vos la satisfaction que nos sommes appareillé de faire. Et por Deu, sire, ne fetes mie chose ni ne soufrez à faire don sain a hontagie, quar sachiez, sire, que nos en dendriez plus que de chose qui onque nos aveine. Si en fetes tant, sire, que nos en sain votre redevant a tos iorsmès. Ce fut fait en l'an de notre Seignor mil et deux cens LXXIII ou mais d'aoust.

## CCCXXXVII

## LETTRE DE JEAN, COMTE DE BLOIS, A L'ABBÉ DE MARMOUTIER POUR LE MÊME OBJET (1)

1273

A religieux homme et honneste l'abbé de Marmoutier, Jehan de Chastillon, cuens de Blois, et sires d'Avesnes, salus en bonne amor.

Sire, je vous fas savoir que je avoie entendue de la comtesse, que vos li avoiez ostroie, si comme li doiens de saint Martin de Tors, et mes sires Guillaume dou Quartier li avoient raporté, d'endroit une abbaie que je et elle volons fonder et commencier de sous Colonge en vostre paroisse de Chozi, et que vos voloiez bien que elle i fust fondée et commenciée, en vos fesant avenant satisfaction de vos domaiges. Sire, j'envoie à vos et vos fas savoir que nos ferons cette besoigne a commencier cest dimanche prochien. Pourquoi ie

(1) Mémoires de la Société Archéol. de Touraine, t. XXV, p. 244 et 245. — *Histoire de Chouzy*, par M. Ludovic Guignard, p. 34. — Arch. d'Indre-et-Loire, H. 381, f. 22.

vos pri tant com je puis que vos i soiez, se vos poes, car nos le voudrions molt, ou que vos i envoiez de par vos tels gent qui aient pooir de prendre et de recevoir avenant satisfaction en la place, et je la vous ferai au dit de preudes hommes. Et vos pris, sire, que vous ne metez pas débat en ceste chouse, car vos nos corroceroiez trop malement et mesmement, quart je suis appareillé de vos fere avenant satisfaction.

Ce fut fai à Sarmeses, le mercredy après la Saint-Pierre (1), en l'an mil deux cens soixante et treze.

## CCCXXXVIII

« QUOMODO JOHANNES SCHACHIE DEDIT NOBIS SE « ET POSSESSIONES SUAS APUD VILLIERS IN PAR-« ROCHIA DAUERDON — BLESENSIS » (2)

1273

Jean Schachie, voulant participer à tous les biens spirituels de Marmoutier, se donne lui et tous ses biens meubles et immeubles situés à Villers, paroisse d'Averdon, entre les mains de frère Robert, grenetier.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, officialis curie domni archidiaconi blesensis, salutem in Domino. Noueritis quod Johannes dictus Schachie affectuose aspirans esse consors et particeps tam pro salute anime sue, quam pro sustentatione proprii corporis, in omnibus bonis spiritualibus et labore suo prestante, pensatis viribus suis, jn bonis temporalibus monasterii maioris monasterii turonensis, dedicauit coram nobis se et sua bona mobilia et immobilia, videlicet domum, quam ipse habebat, ut dicebat, apud Villers sitam, in parochia de Aduerdono, cum virgulto et vinea existentibus circa dictam domum, et cum vna alia pecia vinee, continente vnum arpentum vinee vel circa, et etiam cum omnibus terris quas ipse Johannes habebat, ut ipse dicebat, in territorio de Villers, in parrochia predicta. Que omnia consistunt partim in cenciua beate Marie boni nuptii aurelianensis, et partim in censuia relicte defuncti Theobaldi Gaudin militis ; et etiam cum omnibus rebus ad dictas res pertinentibus, et cum omnibus aliis bonis suis

(1) Il s'agit de saint Pierre-aux-Liens, 1er août, qui tombait en 1273 un mardi ; en effet l'acte de fondation de la Guiche est daté du « Dimanche emprès la Saint-Pierre, entrant en aout. »

(2) Parchemin aux archives de Loir-et-Cher.

mobilibus et immobilibus, que idem Johannes impresentiarum tenet et possidet, et de cetero quoquo modo poterit adipisci, a religiosis viris abbate et conuentu dicti monasterii vel eorum mandato, quiete et libere et pacifice imperpetuum possidenda et habenda, de quibus omnibus rebus dedicatis, cum omni jure, dominio, proprietate et possessione, que et quas jdem Johannes habebat vel habere poterat et debebat in eisdem, se deseisiuit ipse in manu nostra, et nos de eisdem ad eius petitionem fratrem Robertum grenetarium dicti monasterii nomine eiusdem monasterii et dictorum religiosorum seisiuimus, et inuestiuimus per traditionem presentium litterarum, promittens dictus Johannes per fidem suam in manu nostra prestitam, quod contra dictam donationem seu dedicationem non veniet de cetero, nec modo quolibet venire procurabit, et quantum ad predicta pertinet supposuit se dictus Johannes nostre jurisdictioni vbicumque se duxerit transferendum, et nos hiis omnibus supradictis et singulis visis et intellectis ipsum Johannem coram nobis presentem et impremissis consentientem ad tenendum exequendum et obseruandum omnia supradicta et singula, prout superius fuerunt expressa, sententialiter condempnamus. In cuius rei testimonium memoriam et munimen ad preces et instantiam dicti Johannis presentes litteras dicto monasterio et dictis religiosis de hoc dedimus sigilli curie domni archidiaconi blesensis munimine roboratas. Actum die lune ante festum beati Andree apostoli, anno Domini M° CC° septuagesimo tercio, mense nouembri.

## CCCXXXIX

### « DOMINUS DE BURY AMORTIZAT NOBIS VNAM VINEAM ET VNUM PRATUM IN FEODO SUO » (1)

1274 Mars

A TOZ ceus qui verront cestes presentes lettres Gautier Borreau cheualier sires de Buri et Beatriz sa femme, dame de Buri, saluz en nostre Seigneur. Sachent tuit que nos por lamor de Dieu, et por le salu de nos ames, et de noz anceiseurs, amortisson a toz jorz pardurablement a religieus homes a labbé et au couent de Maieurmoustier, la vigne qui fut

(1) Archives d'Indre-et-Loire, H. 203. — Résumée aussi dans le Registre de la greneterie de Blois, H. 381, f. 7, avec mention de 2 sceaux.

Calou, qui siet au leu, que len apele les nuef Chesnes, entre la vigne qui fut feu Sanzsain, et la vigne feu Geruèse de Borc-neuf, et vn pré qui siet au leu, que len apèle le Roentels, entre le pré à la Pijone, et le pré à la Guillemete, laquele vigne et lequel pré li deuant dit religieus tiennent et poiscent par raison d'aumosne, lequel pré et laquelle vigne noz quiton a toz jorz mes as deuant diz religieuz de totes costumes, et de totes redeuances, sanz retenir riens en la dite vigne ou deuant dit pré, ne es apartenances dou dit pré ne de la dite vigne, a nos ne a noz hoirs, ne a noz successeurs. Et cest amortissement et ceste quittance nos permeton en bone foi a tenir et a garder fermement et loiaument a toz jors mes, et le permeton a garantir et a defendre enuers toz à tos jorz, et de totes cestes choses desus dites ensemble et chascune par soi tenir et garder fermement si cum il est ci desus deuisé nos oblijons as deuant diz religieus nos et noz hoirs et noz biens. Et que ce soit ferm et estable. Nos auons doné de ce as deuant diz religious cestes presentes lettres scellées de noz seaus. Ce fut fet l'an de l'incarnation nostre Seigneur mil dous cenz sexante et quatorze au mois de marz.

## CCCXL

## « ESCHANGE FAIT A CHOZI AUEC LE SIEUR DE CHAUMONT (1) »

Apuril 1274

« Contrat d'eschangé fait entre Jean d'Amboise, seigneur de Chaumont, et les abbé et religieux de Marmoutier, par lequel led. seigneur cedde et delaisse auxd. abbé et religieux toutes choses qu'il aucit en la ville de Chouzy, sauoir 100$^s$ de cens ou enuiron en rentes ou en relief, 2 muids d'auoine, 10 gelines, et demy droit d'oublies, 7 arpents et demy de prez, scittuez dans une isle de la riuière de Loire entre Chousy et la petite Carte, 100$^s$ de taille ou festage sur les hommes de Chousy et le droit de mesure a bled et a vin, la gagnerie de Eschery et toutes les appartenances et dépendances d'icelles, le riuage de Loire entre Colommiers et la petite Carte, le bois nommé Raâcon, et le four, et générallement tout ce que led. seigneur auoit en la paroisse de Chousy jusqu'à la petite Carte du costé de Chousy. — Tout ce qu'il possedoit en la ville de Villebarou, 22$^s$ de cens qu'il auoit a Noelles, joignant Blois, et en la banlieue de Blois, 11$^s$ 6$^d$ de cens audit Villebarou, 4 livres 12$^s$ de taille ou festage audit Villebarou, etc... et en contre-échange des susd. choses lesd. abbé et religieux ont ceddé et baillé aud. seigneur vn manoir nommé la Borde aux moines, sittué près de Relle-sur-Loire en la chatellenie de Chaumont et tout ce qui pouvoit leur appartenir es paroisses de Chaumont, Relly, Vallières, avec tous leurs privilèges et immunités, et pour le retour la somme de 2,000 livres, dont 500 pour le retour de la valeur de lad. forest de Racon. » (Arch. d'Indre-et-Loire, H. 381, f. 22).

Uniuersis presentes litteras — fratres capituli MM. et frater Stephanus permissionne divina minister humilis eorumdem salutem

(1) Titre en parchemin aux Arch. de Loir-et-Cher, était scellé de 3 sceaux sur cordons de soie rouge. Le 1$^{er}$ en cire verte foncée reste seul à moitié brisé. — Salmon, IV, n° 1386.

in Domino. Nouerint vniuersi quod cum nos haberemus prope Rellyacum in castellania Calui montis quoddam manerium quod Borda monachi vulgariter appellatur, cum pertinentiis suis videlicet cum nemore infra claustrum dicti manerii existente, cum uiuario, molendino ibi sitis, sallicetis in ripparia Ligeris..... et cum aliis quibuscumque rebus quas habemus apud Bordam, Princeyum, apud Muynet et apud Vallem, sitis in parrochiis de Calvomonte et de Relleyo et Valeriis et Viduis..... Item cum domo dicti Chaumont..... in pedagio Ligeris de Calvo monte viginti libris annui redditus.....

Ac nobilis vir Johannes dominus Calvi montis haberet apud Choziacum homines, census, relevamenta, justicias, festagia, terras etc. et obliagia, gaigneriam de Eschereyo, cum terris etc... totum nemus quod vocatur Raacon, cum homagio Giraldi filii defuncti Bichot, ratione vsagii furni sui de Choziaco, ius in roagio et mensuris vini et bladi. — Haberet etiam dictus dominus apud Villam baronis prope Blesis, homines, iusticias, census, festagia etc. — insuper apud Blesis in banliua blesensi quosdam census, — et apud Nouellas homines corporis et alios homines, justicias etc..... Nos habito super hoc diligenti tractatu, confidentes ea que dominus habet apud Choziacum etc... esse magis utilia nobis..... tradidimus in escambium..... excepto homagio Roberti de Conan quod sibi retinet idem dominus... Dedimus etiam, eo quod res quas habebat idem miles dicebantur esse maioris valoris... duo milia librarum monete currentis..... In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra vna cum sigillo dicti militis duximus apponenda. Datum anno domini M° CC° septuagesimo quarto, mense aprili.

## CCCXL bis

## LETTRE DE JOHAN SEIGNEUR DE CHAUMONT POUR LEDIT ÉCHANGE (1)

1274

(1) Titre en parchemin aux Archives de Loir-et-Cher. — Gaignières, 5441[4], f. 54. Le texte est identique à la précédente, sauf que c'est Jean de Chaumont qui parle.

## CCCXLI

## AMORTISSEMENT ET APPROBATION DUDIT ÉCHANGE PAR LE COMTE DE BLOIS (1)

1274

Ge Johan de Chastellon, cuens de Bloys et sire d'Auaines, fait a savoir que par devant moy, noble homme Johan d'Amboise, sire de Chaumont, chevalier, recognut que il, de une part, et le procureur de labé et le couvent de Mairemoustier avoient fait tel eschange. — Icelui seigneur a iceux religieux toutes les choses qu'il avoit en la ville de Chozei, à Villebarou et as Noelles. — Et iceux religieux ont baillé, lessié, assené audit seigneur de Chaumont ce qu'ils avoient à la Borde-au-moigne, assis pres de Relle-sur-Leire, en la chastellenie de Chaumont, lesquelles vencion et eschange, gie Johan de Chastellon vuel, octroie, loe approve, amortis cestes presentes lettres, scellées de mon sceau. En mois d'avril l'an de grace 1274.

## CCCXLII

## CONFIRMATIO DICTAE PERMUTATIONIS A REGE FRANCORUM (2)

1275

« Philippe le Hardy, roy de France, confirme toutes les ventes et eschanges faits par Jean d'Amboise, seigneur de Chaumont, de plusieurs terres sises à Chaumomt, à Rilley et à Vallières, avec deux mils liures, le tout a luy donné par les religieux de Marmoutier, pour ce qu'ils pouvoient avoir à Chousy et à Villebarou, et les bois de Racon. » (Inscrit au dos.)

Ph. Dei gratia Francorum rex. Notum facimus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod cum Johannes de Ambazia, dominus de Caluomonte, miles, religiosis viris abbati et conuentui maioris monasterii Turonis, partim vendiderit pro duobus milibus libris, et partim nomine permutationis, pro manerio quod dicitur uulgariter la Borde-au-moine, cum pertinenciis suis, et pro hiis omnibus

(1) Gaignières, $5441^4$, f. 54 v°. « Le sceau est perdu. »

(2) Original en parchemin. Le sceau sur laz de soie rouge et verte, est perdu. Arch. départ. — Mss. latin, $5441^4$, f. 54. — D. Ansel. Lemichel fait mention de ces pièces, l. c., pag 204. (Grenceterie.)



123



124



125



126





127



128




129




130

que dicti religiosi habebant in parrochiis de Caluomonte, de Reilleio et de Valières, concesserit et quittauerit in perpetuum omnia que habebat in parrochia de Chozi, homagio Roberti de Cornan, cum pertinenciis suis et sequela pedagii ipsius militis sibi in terra et aqua retentis; necnon in parrochia de Villebarou et de Noeiles iuxta Blesis, cum nemore Raacon et censibus, quos habebat idem miles apud Blesis, et in tota banleua blesensi, ab ipsis religiosis et eorum successoribus possidenda perpetuo et habenda; dilecto et fideli nostro Johanne comite blesensi, de cuius feodo mouebant, ut dicitur, res predicte, vendicionem et permutationem huiusmodi laudante et eciam approbante, prout hec omnia in litteris eiusdem comitis hinc confectis plenius dicuntur contineri. Nos uendicionem et permutationem easdem, secundum quod in iamdictis litteris exprimuntur, ratas et gratas habentes, et eciam approbantes, memoratis religiosis diuine pietatis intuitu, quantum in nobis est, concedimus vt ipsi res predictas, sibi a dicto milite permutationis et uendicionis nomine concessas, possint perpetuo tenere et pacifice possidere, absque ulla coactione vendendi, vel extra manum suam ponendi, saluo in aliis iure nostro et iure in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisiis anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, mense augusto.

## CCCXLIII

## DE REMISSIONE QUARUMDAM COSTUMARUM APUD CALVUMMONTEM (1)

1275

Jean, seigneur d'Amboise et de Chaumont, chevalier, affranchit les religieux de MM. des redevances de pain, vin et porc, .......?, du droit de tonlieu sur la Loire devant son château de Chaumont et du droit de travers dans sa chatellenie.

Vniversis presentes litteras inspecturis, Johannes dominus Ambaziæ et Calvimontis miles, salutem in Domino. Noveritis quod nos, attendentes affectionem quam predecessores nostri habuerunt erga religiosos viros abbatem et conventum majoris monasterii turonensis et eorum monasterium, et nos similiter habuimus et

(1) Housseau VII, nos 3282 et 3283 — « Archives de l'abbaye de Marmoutier. »

habemus, eisdem remisimus et quitavimus in perpetuum, et adhuc remittimus et quitamus eisdem vinum, panem, ossa custa (?), humeros porcorum, quæ iidem religiosi nobis consueverant seu tenebantur reddere annuatim apud Calvum montem, quacumque ratione seu causa nobis deberentur seu solverentur ; et promittimus nos et successores nostros non petituros seu exacturos ab eisdem religiosis seu eorumdem nunciis predicta seu aliqua de predictis, nec etiam pedagia seu costumas vel aliquam aliam exactionem, ab eisdem religiosis seu a ducentibus res eorumdem, ad usum proprium monasterii antedicti, ratione rerum eorumdem religiosis (al. religiosorum) conductarum, seu transitum facientium per Ligerim, per ante castrum nostrum Calvimontis seu per castellaniam nostram Calvimontis, volentes et concedentes eosdem religiosos in perpetuum esse liberos et immunes ab omnibus et singulis supradictis. In cujus rei testimonium presentes litteras eisdem religiosis dedimus sigillo nostro sigillatas. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo quinto, mense maij.

## CCCXLIV

## MAIUS MONASTERIUM QUASDAM TERRAS DE CHOZIACO DAT AD COMPLANTANDAS VINEAS (1)

1275

L'abbaye de Marmoutier donne 13 arpents de terre pour y planter des vignes, sous réserve de la moitié des fruits et de la propriété, et 4 deniers de cens par arpens.

Unuiersis..... noueritis quod cum viri religiosi abbas et conuentus MM. turonensis possiderent..... in parochia de Choziaco, ad locum qui dicitur alodum (2) quasdam terras ad jus et proprietatem monasterii MM....... Jaquetus carnifex, Bernerius Guignart, Gaufridus Bouchière, Giletus Boereau, Martinus Morelli, Johannes Medici, Johannes Micart, Stephanus Saillant, Odo Guignart, Gaufredus Picheron, Gaufridus Monnaie, Michael Galteri, Johannes Vaier, Raginaldus Descuris, recognouerunt se, jam-annus est elapsus, de dictis terris recepisse et habuisse a dictis religiosis quasdam terras, ad eas in vineis, suis propriis sumptibus et expensis, complantandas... videlicet dictus Jaquetus duo arpenta etc... (et

(1) Parchemin qui était scellé du sceau de l'archidiaconé de Blois, en cire verte.

(2) Plus tard, le château, fief et seigneurie de Laleu.

sic aliis tredecim arpenta)... sub conditionibus que secuntur : videlicet quod dicti omnes homines promiserunt coram nobis dictas terras, pro rata cuiuslibet eorum, de eisdem terris complantare in vineis integraliter... infra tres annos, et dictis terris complantatis per legitimam diuisionem factam de ipsis terris inter dictos homines..... et dictos religiosos....., unusquisque eorumdem hominum et heredes sui medietatem proprietatis et dominii terre ab ipso in vinea complantate cum medietate fructuum....... perpetuis temporibus, pacifice et quiete, pro prena et laboribus suis in ea complantanda ab ipso positis, tenebit, possidebit et habebit. Alia vero medietas earum predictarum vinearum ad dictos religiosos remanebit..... Hoc tamen adjecto supra premissis quod cum dicti omnes homines receperint, vt dicebant, dictas terras...... reddendo dictis abbati et conuentui..... in perpetuum decimam fructuum seu vini prouenientium vel prouenientis in eisdem, et etiam reddendo eisdem abbati et conuentui ..... pro quolibet arpento earumdem vinearum quatuor denarios census, ad locum prioratus de Choziaco in quolibet festo purificationis beatæ Mariæ virginis. .....Et etiam hoc addito, quod si contingeret infra dictos tres annos prouenire seu crescere fructus, vel uinum in dictis vineis..... dicti religiosi... quartam partem eorumdem fructuum percipient....... Anno Domini M° CC° septuagesimo quinto....... post festum apostolorum Philippi et Jacobi.

## CCCXLV

## EXCAMBIUM CUM PRECEPTORE DOMORUM MILICIE TEMPLI, — « DE LAVARDINO » (1)

Juin 1276

« Transaction entre le commandeur du temple et le prieur de Lauerdin, portant que pour cession de tous les droits que ledit prieur auoit sur le moulin de Maubert, appartenant audit commandeur, ce dernier a accordé audit prieur 16 septiers de seigle, mesure de Montoire, payables à Lauerdin, à la feste saint Michel. »

Vniuersis presentes litteras inspecturis, frater Johannes Franciscus domorum milicie Templi in Aquitania preceptor humilis, salutem in Domino. Nouerint quod nos pensata et considerata vtilitate

(1) Titre en parchemin, sceau en cire verte foncée sur double queue en parchemin.

domus nostre de Asiis prope Lauardinum (1), Cenomanensis dyocesis, interueniente assensu, consilio et voluntate fratrum nostrorum, fecimus tales conuentiones ac etiam permutationes, cum religiosis viris abbate et conuentu maioris monasterii turonensis, necnon cum priore suo prioratus sancti Martini de Lauardino, videlicet quod pro molendino suo, quod appellatur Maubert, sito in parochia de Saneriis, eiusdem dyocesis, nobis ab eisdem nomine permutationis tradito et concesso, et pro omni iure et dominio, que ipsi religiosi et prior suus, predicto nomine et ratione dicti prioratus de Lauardino, habebant aut habere poterant et debebant modo, et futuris temporibus, in predicto molendino, nos tradidimus et assignauimus, tradimus et etiam assignamus predictis religiosis et priori, suo nomine et ratione dicti prioratus de Lauardino, sexdecim sextarios siliginis, ad mensuram de Montorio, duobus denariis minus lecte valentes, annui et perpetui redditus, impositos et assignatos super terris nostris uniuersis, sitis et existentibus in varenna de Lauardino, videlicet inter medietariam nobilis viri comitis vindocinensis, et locum qui dicitur Fousses; habendos ex nunc et percipiendos ibidem de terris predictis a priore, qui pro tempore fuerit in dicto prioratu de Lauardino, vel ipsius mandato, infra festum beati Michaelis annuatim, videlicet per manum illius qui terras predictas de cetero nomine nostro excolet, uel qui causam habebit excolendi easdem. Cessante tamen penitus et perpetuo solutione septem sextariorum siliginis annuj redditus et perpetui, in quibus ipsi religiosi et prior suus de Lauardino predictus tenebantur nobis, ac erant obligati annuatim, ratione molendini de Maubert supradicti. Concessimus insuper et concedimus predictis religiosis et priori suo de Lauardino, qui pro tempore fuerit in dicto prioratu, ut si contigerit medietarium, qui dictas terras nomine nostro excolet, deficere in soluendo seu reddendo dictos sexdecim sextarios siliginis, ad terminum beati Michaelis memoratum, quod dictus prior ex tunc, dicta solutione cessante, possit se licite et sine contradictione aliqua vindicare super terris predictis, et super collectis et leuationibus terrarum predictarum, seisiendo ac detinendo seisitas in manu sua dictas collectas et leuationes, tam pro redditu suo predicto, quam pro damnis et interesse suis, que ipse dixerit iniuste se sustinuisse cessante solutione redditus supradicti... (Suivent les garanties ordinaires.)... Et ut hoc firmum et stabile permaneat in per-

(1) Le temple des Aizes, depuis Saint-Jean-du-Temple, commune de Villavard. — On y remarque les ruines d'une chapelle romane du XII^e siècle, autrefois ornée de peintures. On y a découvert, ces dernières années, plusieurs tombeaux en pierres.

petuum, nos, de communi assensu dictorum fratrum nostrorum, presentes dedimus litteras predictis religiosis et priori suo de Lavardino predicto sigillo nostro sigillatas, in testimonium veritatis. Datum anno Domini M° CC° LXXmo sexto, mense junio.

## CCCXLVI

## DE JURIBUS IN MOLENDINO LÉE PERCIPIENDIS (1)

1276

« Transaction devant l'official de l'archidiaconé de Blois, par laquelle Guillaume de la Vallée se désiste de ses prétentions sur le moulin de Lée, en faveur du prieur de Mesland. »

Vniuersis presentes litteras inspecturis, officialis curie archidiaconatus blesensis in blesensi salutem in Domino. Noueritis quod cum contentio verteretur inter religiosum virum priorem prioratus de fonte Mellandi, nomine suo et dicti prioratus sui ex vna parte, et Guillelmum de Valle ex altera, super eo videlicet, quod dictus prior dicebat, nomine quo superius, contra dictum Guillelmum, quod idem prior erat et fuerat, nomine quo superius, in possessione vel quasi percipiendi et habendi terciam et sextam partem omnium exituum, prouentuum et emolumenti molendini dicti de Lée et fole farine et venenrarum (2) dicti molendini; et quod idem prior poterat ponere et habere in dicto molendino, die ac nocte, proprium seruientem suum, pro tercia et sexta parte omnium exituum, prouentuum et emolumenti dicti molendini, et fole farine, et venenrarum dicti molendini, nomine dicti prioris et prioratus sui predicti capienda; dicto Guillelmo in contrarium asserente, prout hec omnia dictus Guillelmus asseruit coram nobis. Tandem dictus Guillelmus, in iure coram nobis constitutus, recognouit inter ipsum et dictum priorem de contestatione predicta pacificatum extitisse in hunc modum; quod dictus Guillelmus, ut dicebat, dictum priorem, nomine quo supra, ius habere in premissis ab ipso priore petitis, ut dictum est, recognouit. Quam quidem confessionem dictus Guillelmus fecit coram nobis in modum qui sequitur. Videlicet quod idem Guillelmus confessus fuit in iure coram nobis dictum priorem de fonte Mellandi habere nomine suo et dicti

(1) Titre en parchemin, sceau perdu.

(2) Les déchets du van, le mauvais grain.

prioratus terciam partem et sextam partem, in molendino de Lée predicto, omnium exituum, prouentuum, et emolumenti, et fole farine, et venenrarum dicti molendini. Confessus fuit etiam dictus Guillelmus in iure coram nobis dictum priorem nomine quo superius habere jus ponendi et posse ponere, in dicto molendino de Lée, seruientem proprium quotienscumque voluerit idem prior, ad capiendam, nomine quo supra, de die et de nocte, terciam partem et sextam partem omnium exituum prouentuum et emolumenti dicti molendini, et fole farine et venenrarum dicti molendini. Et voluit et concessit coram nobis idem Guillelmus in iure quod dictus prior ..... habeat ..... in dicto molendino ..... proprium seruientem etc. ..... Voluit insuper ..... quod si dictus prior ..... seruientem proprium habere noluerit ..... quod ille qui dictum molendinum ..... tenebit ..... predicto priori iuramentum faciat de tertia parte ..... fideliter obseruanda. Et promisit dictus Guillelmus ..... omnia et singula predicta ..... se tenere firmiter et inviolabiliter obseruare. Actum et sigillo curie dicti domini archidiaconi blesensis in testimonium premissorum sigillatum anno Domini M° CC° septuagesimo sexto, die Martis post festum beati Luce euangeliste.

## CCCXLVII

## ACQUISITION DE LA MAISON DE MORSANS (1)

1276

« Vente faite par Guiot de Bury, ecuier, sieur d'Onzain, à frère Eudes, pannetier de « Morée, pour le prix de 10 livres, d'une maison située à Morsans en Beauce. »

A toz cels qui verront cestes presentes lettres, Guiot de Buri, escuier sires d'Osain, salu en nostre ségneur. Sachent tuit que gie ai vendu et otroié en non de vente a toz jorz pardurablement à frère Eude, penetier de Morées, et a ses successeurs, por le pris de dez liures de monoie corant à Blois, desquels dez libres gie me tiens entierement por paié en deniers numbrez, vne meson que gie auoie mouant de mon héritage, séant à Murcench en Beausse, dauant la meson au pronoire de Murcench, entre le hebergement Johan Cheualier d'une part, et le hebergement as hoir feu Pierre Baulin,

(1) Titre en parchemin aux arch. de Loir-et-Cher, sceau perdu. — *Cartul. Dunois*, n. 277, d'après le manuscrit $5441^2$, fol. 146, qui donne le sceau. — Salmon, IV, n. 1395.

d'autre, à porsoer et a auoir a toz jors pardurablement la dite meson vendue, si comment elle se tent en lonc en lé, o le fonz o la propriété de celle maison dou deuant dit penétier et de ses successeurs quictement et pesiblement a tos jors, o tote la segnorie o tote la possession, et o tot le droit, que gie auoit ou poué auoir ou deuoie en la dite meson, et ou fonz de celle meson, desquels segnorie, propriété et possession gie me sui de tot en tot dessési, et en sési le deuant dit penetier, en non de soi et de ses successeurs, par le bail de cestes lettres et promet en bone foi, que gie encontre la dicte vente par moi, ne par autres, dores en auant, ne vendré, — et cele meson au deuant dit penetier et à ses successeurs, as vs et as coustumes de Blésois garantire enuers toz et defendre..... Et que ce soit ferme et estable gie done de ce au deuant dit penetier et à ses successeurs cestes présentes lettres scellées de mon seel. Ce fut fet l'an de l'incarnation nostre Segneur mil douz cenz sexante et seze ou mois de Jenuier.

## CCCXLVIII

## ACCORD AVEC L'ABBAYE DE VENDOME

1276

Accord entre les religieux et abbé de Vendome et ceux de Marmoutier, comme les brosses de la Chasteigneraye demeurent franches et quittes au Chambrier, à cause de sa terre du Sentier, suivant l'arbitrage de l'archidiacre de Tours, lesquels religieux de Marmoutier ont donné à ceux de Vendôme, 14 livres pour achepter 20 sols de rente dans leur fief, où bon leur semblera, 1276. — Cottée F, anéanti. (1)

Prior de Monthodon abbati vindocinensi subjectus, in brociis seu dunis apud Castegnem, in terra Semitarii portionem arrogabat, lis intentata, arbitri utrique electi, et frater Guillelmus Magister, prior maioris monasterii, capellanus papae, cum archidiacono turonensi, qui anno 1276 mense augusto, controversiam dirimunt. (2)

Uniuersis presentes littteras inspecturis et audituris, Petrus archidiaconus turonensis et frater Guillelmus Magister, prior

(1) Arch. d'Indre-et-Loire, H. 210, f. 164.

(2) D. Ans. Lemichel, Hist. mss. de M., t. III, p. 78.

maioris mônasterii et domini papæ capellanus salutem in Domino. Noueritis quod cum contentio verteretur inter° religiosos viros abbatem et conuentum majoris monasterii turonensis, et camerarium ejusdem monasterii ratione domus suae de Semitario, ex una parte, et abbatem et conuentum vindocinensem........ Anno Domini M° CC° LXX° VI°. (1)

## CCCXLIX

## DROITS SEIGNEURIAUX DU PRIEUR DE CHOUZY, CONCÉDÉS PAR JEAN DE CHATILLON (2)

Juin 1277

PREMIÈREMENT ledit sieur prieur est seigneur temporel dudit lieu de Chousy, et en cette qualité seigneur moyen et bas justicier de Chousy.... a droit de nommer juge, procureur fiscal, sergent de garde dans toute l'étendue de sa justice.

Plus a ledit seigneur et lui appartient une chapelle attenante à l'église paroisssiale, fondée en l'honneur de saint Gilles, avec vue sur le maître autel... a le droit de fermer et d'ouvrir la porte de l'église, quand il lui plaira et de circuler dans l'église.

Plus ledit seigneur a droit et permission de chasser ou faire chasser deux tireurs avec chiens courants et bassets dans toute l'étendue de ladite paroisse de Chousy, en ses fiefs et dépendances, suivant le titre a lui donné par sire Jean de Chatillon, comte de Blois, en l'an mil deux cent soixante dix-sept ou mois de juin.

« Plus appartient audit seigneur le droit de bannalité et four a ban au bourg dudit Chousy....

« Plus trois moulins.... le moulin d'abas situé en l'enclos du prieuré.... le moulin d'a hault situé au bourg.... et le moulin neuf ou foulleret.

« Plus ledit seigneur a et lui est deub, ou en son absence a son

(1) D. Housseau, XII, n. 6640. « Archives de MM. *Cartulaire de la Chambrerie.* »

(2) Extrait d'une déclaration des domaines, droits et devoirs dépendants dudit prieuré, daté du 12 mars 1717.

procureur fiscal ou son agent, par les garçons dudit Chousy, l'une des festes de Noel, vn oiseau appelle Roistel autrement bourillon, qui lui doit être présenté ou autres de sa part par deux garçons sur deux bastons, entourez de loriez liez et attachez de rubans de soye, et de faire trois tours dans la grande salle basse dudit prieuré.... et le premier may luy mettre un rameau à sa porte.

« Plus ledit seigneur a droit le jour de la Pentecostes de faire beigner deux des garçons de ladite paroisse de Chousy par luy choisis, par trois fois dans la rivière de Loire, et sont obligez de lui apporter chacune fois de l'eau de ladire rivière, dans chacun un verre, quy sont obligez de présenter audit seigneur, procureur fiscal ou agens, pour lequel bain ledit seigneur leur donne à sa volonté (1). Lequel droit et devoirs sont deus audit seigneur et en a été servi de tems immémorial; pour lequel droit est octroyé auxdits garçons par ledit seigneur la permission de faire payer à tous les nouveaux mariéz de la paroisse dudit Chousy, qui n'ont point eu d'enfants dans l'an de leur nouveau mariage, chacun cinq sols audit jour et feste de Pentecoste, et après iceluy bain de faire courir l'éteuf auxdits nouveaux mariéz ; et aux hommes dudit Chousy, de faire payer à ceux qui épouseront une veuve, une buye de vin tenant trois pintes, mesure de Chouzy, et la boire ensemble au puid de la ville, le tout suivant la concession dudit Jean de Chatillon, cy dessus dattée et confirmée par sentence rendue au baillage de Blois.

« Plus a le droit de boucherie.... droit de fuye.

« Plus a la rivière de Cisse et le droit de pescher.... le droit de dixme sur les vignes, à raison de la vingtième partie des fruits.... la grange dixmeresse.... le droit d'échange, etc.

Une déclaration de 1721, ajoute :

« Item comme seigneurs spirituels dud. Chouzy, sommes les maîtres et directeurs de l'église, et le curé dudit Chouzy n'est que notre vicaire perpetuel, et avons droit de faire l'office dans ladite église par notre aumonier les quatre fêtes annuelles, et le curé y assister comme vicaire.

« Droit de chapelle dans laquelle nul ne peut dire la messe sans notre consentement. »

(1) Un bail du prieuré de Chouzy, de 1752, mentionne parmi les charges 1) 100 livres au maître d'école, 2) à la jeunesse de Chouzy qui se baigne le jour de la Pentecôte, la gratification ordinaire évaluée à 6 ou 12 livres.

# CCCL

## « QUOD RADULFUS DORGEAN ET ANGNES EIUS « UXOR DEDERUNT NOBIS SE ET SUA MOBILIA « ET IMMOBILIA »

1277

Raoul d'Orgean et Agnes, sa femme, pour avoir part aux prières et bienfaits des religieux, donnent tous leurs biens meubles et immeubles à Marmoutier, par les mains du Grainetier, mais s'en réservent la jouissance pendant leur vie.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, officialis curie archidiaconatus blesensis, salutem in Domino. Noueritis quod Radulfus dictus dorgean, et Agnes eius uxor, affectuose aspirarent, ut dicebant, esse participes et consortes omnium bonorum spiritualium, que fiunt et de cetero fient in monasterio majoris monasterii et membris, iidem Radulphus et eius uxor, in iure coram nobis constituti, recognouit se ex mera liberalitate sua et pro predictis bonis nanciscendis, dedisse et concessisse..... donatione facta inter uiuos religiosis viris abbati et conuentui dicti monasterii et eidem monasterio, quiete, libere et pacifice in perpetuum possidenda et habenda omnia bona mobilia et immobilia dictorum Radulphi et uxoris, habita et habenda etc.... retento tamen dictis Radulpho et eius uxori et superuiuenti eorum, quamdiu vixerint, eorumdem omnium bonorum tantummodo usufructu........ Et nos de eisdem ad eorum petitionem granetarium dicti monasterii nomine dictorum religiosorum et eiusdem monasterii seisiuimus, et inuestiuimus per traditionem presencium litterarum........ In cuius rei testimonium et munimen ad preces et instanciam dictorum Radulfi et eius uxoris presentes litteras dictis religiosis..... dedimus sigilli curie dicti domini archidiaconi blesensis munimine roboratas. Actum anno domini 1277, die sabbati post festum beati Hylarii. (1)

(1) Parchemin aux archives de Loir-et-Cher, avec un fragment de sceau en cire jaune, sur double queue en parchemin.

## CCCLI

### DIXMES DE PRAY (1)

1278

Vente faite aux religieux et couvent de Marmoutier, par Michel de Lancé et Jeanne sa femme, Guillot de Lancé et Allix sa femme, de la loix (sic) et partie des dixmes de bleds et autres choses en la paroisse de Pray, pour le prix de 22 livres, au mois de may 1278. »
Cottée C. charte 3e.

## CCCLII

### DÉBAT AVEC LES JACOBINS A L'OCCASION D'UNE RUE DE BLOIS (2)

1279

« Donation faite par Jean de Chasteillon, comte de Blois, aux Jacobins de Blois, d'une place pour bastir leur couvent, dans laquelle donation, il est fait mention d'un différend qu'avoient les religieux de Marmoutier avec lesd. Jacobins, à cause d'une ancienne voye qui avoit esté close, 1279. »

## CCCLIII

### DON DE JEAN MOREAU A PRAY (3)

1281

« Lettre par laquelle Jean Moreau de Lancé, remet aux religieux tout le droit qu'il pouuoit auoir, et mesme celui de seigneurie, sur les terres d'une grange nommée la grange dixmeresse de Peray, que lesdits religieux auoient acquis de Michau et Guillot de Lancé, ses cousins, et de plus renonce d'y pouuoir rentrer a droit de retrait, lignage ; a quoy faire il oblige les deux autres terres de ladite

(1) Arch. de Tours, H. 210. Registre de la Chambrerie, f. 59.
(2) Archives d'Indre-et-Loire, H. 381, registre de la Grèneterie de Blois, p. 16.
(3) Arch. de Tours, H. 210, registre de la Chambrerie, f. 59.

grange, qui luy appartiennent. Ladite lettre passée soulz le scel de la cour de Vendosme, le mercredy après la Saint-Nicolas d'hiver, l'an 1281. »

Cottée D. Charte 4ᵉ.

## CCCLIV

## BAIL D'UNE MAISON A LANCÉ POUR 60 SOUS (1)

1281

Vniuersis.... Noveritis quod.... Johannes dictus Tuffier confessus fuit se recepisse a religioso viro abbate et conventu MM. turonensis quamdam domum cum suis pertinenciis, sex sextariatas terre vel circa, dimidium arpentum vinee, dimidium arpentum prati, quæ omnia sita in feodo prioris de Lanceio in territorio de Lanceio fuerunt Raginaldi dicti maioris, et que prefati religiosi emerunt a Raginaldo antedicto... sub annua pensione 60 solidorum dictis religiosis anno quolibet ab eodem Johanne.... In cuius rei memoriam sigillum curie nostre presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M° CC° LXXX^mo^ primo, mense decembri.

## CCCLV

## DE MODIATA TERRE RAGINALDI MAIORIS DE MONCELLO (2)

1282

Raignauld, maire de Moncel, vend à MM. plusieurs terres à Lancé.

Omnibus presentes litteras inspecturis officialis curiae archidiaconatus vindocinensis in Vindocino, salutem in Domino. Sciant tam presentes quam posteri, quod in nostra presentia constitutus Raginaldus, maior de Moncello, dimidiam modiatam terre vel circa, cuius dimidie modiate vel circa tres mynate sunt site super pratum de Corneia, octo boissellate ab altera parte dicti prati, altera pars sita est subtus marchesium, quod Creue ulgariter nuncupatur.

(1) Mss. du Salmon, à la Bibl. de Tours, V, n. 10, titre en parchemin.

(2) Titre en parchemin aux Archives de Loir-et-Cher et aux Archives d'Indre-et-Loire, H. 274, sceau perdu.

Item sexdecim boissellate super marchesium memoratum et viginti duo boissellate, dimidium arpentum prati situm juxta pratum de Corneia antedictum, et vnum arpentum vinee, cuius vna pars sita est in clausa, qui fuit quondam Constantis Poncet, alia pars est sita iuxta domum dicti Raginaldi, quam habet apud Moncellum. Que omnia et singula supradicta sita sunt in censiua religiosi viri prioris de Lanceio, in parochia de Lanceio memorata. Vna cum dicta domo sua de Moncello vendidit in jure coram nobis spontanee, religiosis viris, conuentui maioris monasterii, et dictis religiosis nomine venditionis concessit habendum, tenendum, etc. ..... Que quidem vendicio facta fuit precio tringinta librarum ..... In cuius rei memoriam sigillum curie vindocinensis presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M° CC° LXXX$^{mo}$ secundo, die mercurii ante natiuitatem Domini.

## CCCLVI

### « AMORTISSEMENT DE V$^{s}$ DE RENTE SUR LES FRÈRES MYNEURS DE VENDOME. — DE LAUARDINO » (1)

1283

A toz ceux qui verront cestes presentes lestres, Johan conte de Vendome, saluz et paiz pardurable en nostre seignor. Saichent tuit que nos auons amorti et amortissons encores, a nos amis en Yesucrist, poures religieus freres menors de Vendome, cinc solz de rente, que feu Giles de Noers, clerc, jadis lor dona et otroia en son testament, en acroisement de lor estre, en ses cens quil auoit, tenoit et porseoit en nostre ville de Vendome, en la rue feu Garnaut. Et volons et octrions que les diz frères puissent bailler et eschengier les diz cinc solz là ou il uerront qu'il lor porra plus torner a profit. En tesmoign et remembrance de laquele chouse nos auon doné osdauanz diz freres cestes présentes lestres, scellées de nostre sceau. Ce fut fait et doné à Montoire en l'an de l'incarnation nostre seignor mil dous cenz quatre-vinz et trois, le jor dou lundi auant la fâiste saint Berteleme l'apostre.

(1) Titre en parchemin aux archives de Loir-et-Cher, sceau perdu — D. Ans. Lemichel, l. c., p. 479. — D. Villevieille, Trésor généalogique, article : Vendôme. Cette charte des frères mineurs fut sans doute remise à MM. par suite d'une vente ou d'un échange de ladite rente.

# CCCLVII

## RENTES DUES PAR PHILIPPE POINVILLAIN — « DE LAVARDINO » (1)

1284

« Ung sextier d'auoyne et VIII[d] de cens deubs au prieuré de Lavardin par Phelipe Poin, sur deux pièces de terre, joignant l'estang et le manouère dudit Philippe Poin. »

Sachent tuit cil qui verront et orront cetes présentes lestres, que en nostre présence establi en droit par deuant Phelipe Poin villain escuier, reguonoest que il a pris et encore prens de l'abbé et dou couent de Muormoustier jouste Tors, en nom de la priorté de Lauardin, afferme et a rente perpetuel, le terrage des dus pièces de terre, lesqueles terres sunt assises, si comme lon dit, jouste l'estant et jouste le manoer audit Phelipe, port un sextier de auaine et pour quatre deniers de cens à toz iorz mes a rentes et a reliezs, secunte la coustume dou pays et dou Troez, a rendre diceluy Phelipe et de ses hers des ores en auant lendemain de la natiuité notre Seigneur, en ladite priorté de Lauardin. Et a rendre cele rente de sus dite en la manière que elle est dite et deuisée, par desus ledit Phelipe oblige a labbé et au couent deuanz diz en non de la dite priorté de Lauardin, quant que il a eu lor fie et quant que il tient diceus, a touz ses biens ciqunque, lors que il aauoit, meble et o heritages, presenz et auenir, o ses hers épréaument et espressement. Et est tenuz en sus que tout iceluy Phelipe a garantir et a défendre a hommes a labbé et au couent deuanz diz en non de la dite priorté, la voye por la cor de l'estant à celuy Phelipe, e tenir le pont en bon point et sofessant, laquelle uoye deuant dite vait de la meson Guillaume le fauchoors droit a Roches leuesque, et ledit pont qui est en celle voye et en chief diceluy estant.... et toutes les autres chouses que ledit Phelipe a acquises en fié a labbé et au couent deuanz diz. Et regnouit encores ledit Phelipe, que il ne puet.... faire ne luy ne ses hers garenne forz que de poesson.... Et en tesmoing de vérité nous scellames cetes présentes lettres à la requeste doudit Phelipe, ou sceau audit monseignor le conte à causes de Troo. Ce fut fet et donné le samedi dauant la nativité saint Johan Baptiste, l'an de grace mil dou cens quatre vinz et quatre.

(1) Parchemin aux Archives de Loir-et-Cher.

## CCCLVIII

## EXEMPTION DE LA JUSTICE DU COMTE DE BLOIS (1)

1285

« Sentence de l'abbé de Saint-Denis, régent de France en l'absence du Roy, par laquelle « les religieux de Marmoutier ne relèuent point de la justice du comte de Blois, mais de « celle du Roy. »

MATHEUS miseratione diuina ecclesie beati Dyonisii in Francia abbas humilis, et Symon dominus de Nigello, locum tenentes domini Regis Francie, vniuersis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod cum in curia domini regis, discordia verteretur inter comitem blesensem, ex vna parte; et abbatem et conuentum maioris monasterii ex altera, super eo quod proponebatur ex parte dictorum abbatis et conuentus, quod conuentus maioris monasterii, persone, bona et familia abbacie, sunt de garda speciali domini regis, et sunt in saisina quod custodiantur per dominum regem. Item quod dominus rex est in saisina per se uel per alios cognoscendi in bailliua aurelianensi de nouis violenciis et de saisinis generaliter, et maxime inter vicinos super rebus existentibus in dicta bailliua, et ideo petebat procurator dictorum abbatis et conuentus, quod cognosceretur in curia domini regis, de captione seruientium abbacie captorum per dictum comitem, vel per gentes suas in nemoribus de Raacon. Item de furtis leuatis in dominio ecclesie siue domanio. Item de canibus medietarie de Escheri occisis et suspensis ad furcas predictas. Item de hoc quod probibuit dictus comes ne predicti religiosi venarentur in nemoribus de Raacon, quamuis dicerent se esse in saisina venandi ibidem ad grossum et paruum animal. Item super impedimento quod facit eis dictus comes, super emendis minoribus septem solidorum et sex denariorum in locis et rebus quas habuerunt a domino Caluimontis admortizatis per dictum comitem. Item de fossatis comblatis siue impletis in villa de Chozi, in quibus dictus comes posuit mansionarios, turbando possessionem

(1) Parchemin aux Archives de Loir-et-Cher. — Transcriptum et vidimus sub sigillo *curie parisiensis anno 1286. — Fragment de sceau en cire jaune sur lacs de parchemin*, où sont représentés au recto une tête mytrée, et au verso une crosse accostée de deux fleurs de lis. — Cf. D. Martène, Hist. de MM, II, p. 254. (Ed. Chevallier.)

eius ecclesie predicte. Item de eo quod non vult dictus comes ponere extra manum suam ea que acquisiuit in censiua dicte ecclesiæ. Item de quodam seruiente proprio quem posuit dictus comes apud Chozi, quamuis esset ibi seruiens communis dicto comiti et ipsis abbati et conuentui; procuratore dicti comitis ad finem rehabendi curiam contrarium asserente et dicente, quod loca de quibus fit mentio supra sita sunt in balliua aurelianensi, et in baronia, dominio et comitatu suo, et capellania, et quod habet iustitiam et resortum generaliter per totum suum comitatum, et est in saisina predictorum, et etiam cognoscendi de querelis in castellania et comitatu predictis, siue moueat querelas contra alios, siue alii contra ipsum, et habendi gardam et resortum de omnibus ecclesiis et religiosis in dicto comitatu existentibus, et cognoscendi de nouis uiolenciis et de saisinis. Tandem dicto comite viam carnis uniuerse ingresso, Johanna eius filia et herede, comitissa Alanconie et blesensi, dictam causam persequente, super premissis, facta inquesta et visa, et visis etiam priuilegiis dicte ecclesie et litteris ab vtraque parte exhibitis, et rationibus partium intellectis, pronunciatum fuit per curiam domini regis iudicium, quod dicta comitissa curiam non habebit de predictis, sed curia in domini regis curia remanebit. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo regio quo vtimur fecimus sigillari. Actum Parisiis anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, mense augusto.

## CCCLIX

## DE ACQUISITIONE DUARUM DOMORUM APUD BLESIM (1)

Décembre 1285

Jean de Villiers, maitre de Saint-Jean de Jérusalem, pour subvenir aux besoins de la Terre-Sainte, vend à Marmoutier deux maisons sises à Blois, pour 350 livres.

Uniuersis.... frater Johannes de Villaribus sancte domus hospitalis Jherusalem Dei gratia magister humilis ac pauperum Xristi custos salutem in Domino. Noueritis nos pro necessitate

(1) Titre en parchemin aux arch. de Loir-et-Cher — sceau sur lacs de soie rouge et verte, perdu.

subsidii terre sancte, cum fratribus nostris diligenti super hoc habito tractatu, pensata utilitate nostra, de consensu communi eorum, uendidisse et concessisse perpetuo et hereditarie religiosis viris abbati et conuentui MM. turonensis, pro precio trecentarum quinquaginta librarum turonensium nobis ab eisdem religiosis integro soluto, in subsidium terre sancte commisso,.... duas domos quas habebamus in uilla blesensi, cum appendiciis, et logiis earumdem in dicta villa existentibus, que domus hospitalis publice appellatur, quarum una contigua est clausure murorum dicte ville blesensis, ex parte Ligeris.... et alia quatuor denariis turonensibus census annui onerata abbati et conuentui de Burgo medio.... etc.... In cuius rei testimonium eisdem religiosis presentes litteras dedimus de fratrum nostrorum consensu unanimi sigillatas. Datum anno Domini millesimo octogisemo quinto mense Decembri.

## CCCLX

### LES DIMES D'AMBLOI (1)

1286

Lettre par laquelle damoiselle Philippe Marnière, veuve de Guillaume de Fourges, escuyer, a faict vente aux religieux de Marmoutier, à l'usage du couvent, de toutes les dixmes qui luy appartenoient en la paroisse d'Ambloy, mouuant de son propre héritage, laquelle dixme étoit tenue de Guillaume Turpin, chevalier, à la charge par lesd. religieux d'acquiter ladite damoiselle envers le prestre d'Ambloy de 29 septiers, 3 boissaux de bled, etc. Ladite acquisition faicte pour le prix de 190 livres. Icelle lettre passée sous le scel de la court de Lavardin, au mois de mars 1286, avec l'amortissement des dixmes par Jean, comte de Vendosme, l'an 1286, et celui dud. Guillaume Turpin pour la somme de 40 livres, l'an 1286 — Charte 45.

(1) Archives de Tours, H. 225. Registre de la Pitancerie, f. 25.

# CCCLXI

## DE CONTENTIONE CUM FRATRIBUS MILITIE TEMPLI DE VINEIS SANCTI VICTORIS PROPRE BLESIM (1)

1287

Accord avec les chevaliers du Temple pour certaines dixmes à Saint-Victor, et à Villetroche, à Maves. — Les religieux de MM. recevront un muid de vin, 3 sextiers de froment, 3 de méteil, et 6 d'avoine.

Transcript souz le scel de la court de Blois en Blésois. Uniuersis presentes litteras inspecturis fratres capituli maioris monasterii turonensis, et frater Robertus, permissione diuina minister eorum humilis, salutem in Domino sempiternam. Cum contentio verteretur inter nos ex una parte, et fratres domus militie Templi, in bailliua carnotensi ex altera, super hoc quod nos dicebamus nos habere decimas in omnibus vineis dictorum fratrum de Calciata, sitis in parrochia sancti Victoris propre Blesim, et in terris medietarie de Ville-troiche sitis in parochia de Mauis.... dictis fratribus militie Templi contrario dicentibus, nos dictas decimas habere non debere. Tandem de bonorum virorum consilio, inter nos et dictos fratres militie Templi de dicta contentione ordinatum fuit in hunc modum ; videlicet quod ipsi fratres reddent et reddere tenentur nobis vel mandato nostro, pro decima dictarum vinearum annuatim de cetero, tempore vindemiarum, in pressorio eorumdem de Calciata, vnum modium vini meri sine pressura torcularis, et in medietaria de Ville-troiche tria sextaria frumenti, tria sextaria mistolii, et sex sextaria auene ad mensuram patrie annuatim infra festum omnium sanctorum. Quamquidem ordinationem volumus, laudamus.... etc. Datum et actum anno Domini M° CC° octogesimo septimo, mense maio. Et fut escript et scelle cest transcript, l'an de grâce mil trois cens trante et trois, le juedi après la saint George.

(1) Titre en parchemin aux arch. départ. de Loir-et-Cher, sceau perdu. — Copie en papier délivrée par fr. Noël Mars, le 27 mai 1666. — Arch. d'Indre-et-Loire, H. 381, f. 80. — D. Ans. Lemichel, l. c, p. 204.

## CCCLXII

## LITTERA FRATRUM MILITIAE TEMPLI (1)

1287

Même objet que la précédente.

Coppia : « Uniuersis presentes litteras inspecturis frater Gaufridus de Vicheno, domorum militie templi in regnis Francie et Anglie generalis visitator salutem in Domino sempiternam. Cum contentio uerteretur etc. (ut antea mutatis personis).

## CCCLXIII

## INQUESTA PRO GRANETARIA BLESENSI (2)

1291

Sentence qui rétablit les religieux de MM. dans la jouissance d'une rue que les officiers de la Comtesse de Blois avaient obstruée, à la demande des frères Prêcheurs, et dans la possession de quelques terres (oseraies et grèves) situées à Saint-Victor-les-Blois.

CUM inter karissimam et fidelem amicam nostram Johannam Alenconis et blesensem comitissam, ex una parte, et abbatem et conventum Majoris monasterii turonensis dyocesis ex altera, in nostra curia controversia verteretur, super eo quod procurator dictorum abbatis et conventus dicebat ipsos religiosos impediri de novo in possessione cujusdam vici, siti Blesis, per gentes dicte comitisse, per quem consueverant ab antiquo ducere blada, vina et alia bona sua ad domum suam Blesis sitam, et quod dictum vicum obturaverant ad requisitionem fratrum Predicatorum blesencium, ita quod non poterant, prout consueverant, ire et redire et sua bona ducere ad predictam domum per dictum vicum. Item super eo quod cum dicti religiosi essent in possessione habendi census, vendas et relevaciones, in quibusdam salicibus et saliciatis sitis apud villam sancti Victoris, que tenebantur ab ipsis agentibus patrie ad censum, vendas et relevaciones, dicti religiosi impediebantur in dicta possessione; et de novo per gentes dicte comitisse et ipsas salices et saliciatas extirpaverant, et terram arari

(1) Titre en parchemin aux arch. de Loir-et-Cher.

(2) Publié dans les *Olim.*, t. II, p. 331.

fecerant cum equis et bobus, et ibi fecerant fossata, quare petebant predicta impedimenta amoveri et pristina ad statum pristinum reduci; dictaque comitissa diceret quod curia et cognicio de predictis sibi reddi debebat, et eam sibi reddi petebat pluribus racionibus, vsibus et consuetudinibus ab ipsa allegatis; dicto procuratore ex adverso dicente quod penes nos dicte curia et cognitio de predictis debebat remanere, et quod ad nos pertinebat pluribus racionibus, usibus et consuetudinibus, et specialiter propter hoc quod dictus procurator dicebat dictos abbatem et conventum esse in garda nostra speciali de predictis. Tandem, visis et auditis racionibus utriusque partis, pronunciatum fuit, per curie nostre judicium, dictos abbatem et conventum super dictis duabus peticionibus, videlicet vici et saliciarum predictis, ad curiam dicte comitisse esse reddendas, et easdem eidem reddidimus. De alia vero peticione, videlicet de possessione quorumdam equorum ipsorum religiosorum, quos gentes dicte comitisse ceperant in manerio dictorum religiosorum, vocato Sarmeses; cum non inveniretur aliqua conclusio in scripto tradito ab eis super hoc, procurator dictorum religiosorum requisitus ut faceret conclusionem, facere conclusionem recusavit.

## CCCLXIV

## DE RELEVAMENTO AB ABBATE VINDOCINENSI DEBITO (1)

1292

L'abbaye de Vendôme donne au prieur de Saint-Médard, pour la terre de Gombergean, 10 sols de relief à mutation d'abbé et 3 sols de cens.

Priori de Sancto Medardo abbates Vindocinenses, dum mutantur, debent racione terræ ipsorum in villa de Gombergen, X solidos releuamenti, et quotannis censum 3 solidorum. Ita Symon Sancte Trinitatis Vindocinensis anno 1292 mense marcio per proprias litteras agnoscit, vbi sigillum conventus Vindocinensis habet agnum vt nunc, ipse vero abbas cum mytra in pontificalibus.

(1) D. Ans. Lemichel, Bibl. de Tours, 1381, f. 220.

## CCCLXV

## DÉSISTEMENT DE HUE DE CHATILLON DE SES PRÉTENTIONS SUR LES BIENS DE MARMOUTIER (1)

Janvier 1292/3

Nous Hue de Chastellon, quens de Blois, sires d'Aueines, fesons asauoir a tous présenz et auenir, que comme entre nos d'une part, et hommes religious et honestes labbé et le conuent de Mermostier, jouste Tours, de l'autre part, feusent altercations en contenz quieuz, sus aucunes articles, premièrement sus ceu que lesdiz religious se pleignoient, que nous et nouz gens, les auions despoillez, et de nouiau des amendes de sept souz et demi,lesquelles ils disoient estre leur en touz cas, et tele amende puet eschoier ou yssir en ces leus. Cest assauoir a Chozi, a Chambon, a Oichèse, a Mellan, a Villeberfou, et en leur terroers, et en leur censis appeirtenans à labbé et as priors desdiz leus par resson desdiz priorez. De rechief suz ceu que il se plaignoient et se doloient, que nos et nouz gens, nous efforcions da censer et de nouuiau exploitier les murs et les fossez de Oichese, laquelle chose aparteniet asdiz religious, si come ils disoient. A la parfin pour bien de pes que nos volons auoir o les diz religious, nos desclerons les dauans diz articles en la manière qui senseust. Nous voulons et octroions et desclerons que les amendes et de sept solz et demi et de ceus es cas de force et de thablée (?) et en touz autres cas quex que ilz soient, es quelz tèle amende puet eschoier ou yssir, en lor censis et leur terroers dessusdiz, tout soit ceu que la cognicion, la persécucion de la cause ou des cas dessus diz nos apartienge ou non, soient et reuiengnent as diz religious quites et deliures a touz jorz mes. Empres nous uoulons, desclairons et ostroions, que les diz religious poent et puissent acenser et exploitier, à lor voolentez, tous les murs et les fossez d'Orchiese, et en fere leur profit, comme ilz onnt acoustumé de leurs aultres censis.... En tesmoignage de ces chosses que ce soit ferme et estable nous auons doné ces lectres asdiz religieus scellées en noustre secau faites et ordonnées à Paris, lan de grace mil deux cenz quatre vinz et douze ou mois de jenuier.

(1) *Cartul. de Mesland*, f. 24, n. 24.

# CCCLXVI

## « QUOD THOMAS DAMONT ET EIUS UXOR DEDERUNT « NOBIS MULTAS POSSESSIONES IN DIUERSIS LOCIS « CONSTITUTAS — BLESIS » (1)

1293

Thomas Damont et Houdeffende, sa femme, donnent toutes leurs possessions, sises à Pontijou, à l'abbaye de Marmoutier; mais s'en réservent la jouissance pendant leur vie. — Martin, leur fils, reçu gratuitement comme frère condonné, sera entretenu du nécessaire, sans être obligé de travailler.

Uniuersis..... Noueritis..... quod Thomas dictus damont et Houdeffendis eius uxor, pro remedio animarum suarum et antecessorum suorum parentum eorumdem, donatione facta inter vivos se donasse in puram et perpetuam elemosinam recognouerunt..... religiosis viris fratribus capituli maioris monaterii turonensis abbatique dicti loci et eorum monasterio, res inferius nominandas et specificandas, videlicet tres sextariatas terre site in chemino de Pontiiolio, item tres sextariatas terre site in territorio de Foularde, — 4 sext. terre — 3 minatas terre — unam sext. terre — tres minatas — unam sextar. — 4 sext. — 4 sext. — 4 sext. — terrarum — ab ipsis religiosis perpetuis temporibus tenendas etc..... vna cum 60 libris monete communiter currentis..... Ita tamen quod superstes..... ad solutionem medietatis dicte pecunie summe cogi non possit.... Et quia dicti religiosi Martinum filium unicum dictorum coniugum, curialiter et liberaliter, in confratrem et condonatum sui monasterii receperunt, et eidem Martino in victu et vestitu et aliis necessariis secundum statum eiusdem Martini competenter prouidere promiserunt, ipsum ad operationem aliquam nullatenus compellendo..... Quod si non prouiderint, ipse Martinus ad dictas terras tanquam ad propriam hereditatem libere..... possit habere recursum......... Datum die veneris ante festum beati Laurentii, anno Domini M° CC° nonagesimo tercio.

(1) Sceau sur double queue en parchemin, en cire verte.

## CCCLXVII

## DE CONTENTIONE INTER PRIOREM DE FRACTAVALLE ET RECTOREM ECCLESIÆ S. HILARII. — « DE FRACTA UALLE » (1)

1293

Accord entre le prieur de Fréteval et le curé de St-Hylaire, sur les revenus et biens de sa cure.

Omnibus hec visuris, frater Robertus, permissione diuina maioris monasterii turonensis minister humilis, salutem in Domino. Noueritis quod cum inter fratrem Raginaldum, priorem domus nostre de Fractavalle, carnotensis dyocesis, ex vna parte, et Iohannem rectorem ecclesie sancti Hilarii de Grauella, nomine ecclesie sue, ad patronatum nostrum spectantis, ex altera, super duobus modiis bladi, quos in nostra grangia de Grauella idem rector nomine ecclesie sue asserebat se debere percipere annuatim, controuersia uerteretur eo quod idem prior dictum bladum minus sufficiens, vt asserebat, eidem persoluerat. Et super quadam pecia vinee, quam idem rector iuxta domum suam sitam acquisiuerat in censiua dicti prioris existente, et quam idem prior extra manum ponere compellebat. Nos auditis dictis contentionibus, attendentes quod lites et discordie non solum mentium distractiones, sed et rerum consumptiones et corporum inquietudines inducunt, et seu seruos Dei a diuino officio, seu seruicio frequenter non sine scandalo retrahunt et abducunt, pro bono pacis dictas contentiones pacificauimus in hunc modum ; videlicet quod idem prior et successores sui dicto rectori et successoribus suis, viginti sex sextarios competentis siliginis, infra festum sancti Remigii, annis singulis, in dicta grangia de Grauella, ad consuetam mensuram prioratus de Fractaualle, soluere tenebuntur ; predictam uero uineam idem rector et successores sui tenebunt et possidebunt, libere et quiete, soluendo pro ipsa dicto priori et successoribus suis, die dominica post festum sancti Martini hyemalis, decem et octo denarios monete currentis censuales in prioratu de Fractaualle, absque alia redibencia annuatim. Quos si non soluerit idem ibi prior pro dicto censu justiciam poterit et emendam leuare, oblationes autem omnes quas in

(1) Parchemin aux Archives de Loir-et-Cher. Sceau perdu.

die Ascensionis Domini annis singulis ad altare sancti Hilarii offerri contigerit, exceptis panibus dicto rectori et suis successoribus remanebunt. Hec autem ita ordinamus compositionibus et cartis ab antiquis patribus inter priores et rectores dictorum locorum, super aliis articulis hactenus confectis, in suo robore duraturis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum anno Domini M° CC° nonagesimo tercio, prima die.

## CCCLXVIII

« LITTERA INTER NOS ET MONACHOS BEATE MARIE BLESENSIS SUPER CENSIBUS QUOS DEBEMUS EIS » (1)

1293, 24 Décembre

Transaction avec les religieux de Bourg-moyen, à l'occasion de certains droits et cens qui leur sont dus, à cause la maison neuve de Marmoutier, de certaines maisons sises à Blois, faubourg de la Bourrellerie, à la porte Garnaud, au pont Arrod, etc.

Universis presentes litteras inspecturis frater Jacobus abbas humilis monasterii beate Marie de Burgo-medio blesensis, totusque ejusdem loci conuentus, salutem ... noueritis quod cum religiosi viri abbas et conuentus maioris monasterii ... acquisiuissent quamdam domum sitam in Burgo-medio inter magnam domum nouam ipsorum ..... in censiua nostra, super qua domo habebamus quatuor denarios et obolum annui census ..... et dicti religiosi maioris monasterii habebant quatuor denarios annui census..... super quadam domo Johannis de Landa burgensis blesensis, sita ante arlicum (?) blesense, inter domum quæ fuit defuncte Johanne de Chamborto ..... tradidimus in excambium ... etc. ... Item quum haberemus 18 denarios et obolum capitalis census super illa censiua quam dicti religiosi M. M. per excambium habuerunt a domino de Caluo monte, sitam in vico borrellarie blesensis, nos dictum capitalem censum eisdem remittimus, ita tamen quod tenebuntur singulis annis dictos 18 denarios et obolum reddere duplicatos. Item cum dicti religiosi M. M. tenerentur nobis in quibusdam censibus in decima de Villa-romart, in vineis de Villers, supra magnam domum suam nouam, supra

(1) Archives départementales de Loir-et-Cher.

Quicumque servitium iure sibi debitum pro Xpisti amore laxat in presenti gratiam qua nos rede-
mit· in futuro pro servicio relaxato· et eternam beatitudinem ab ipso domino dicente consequetur·
Dimittite et dimittetur vobis· date et dabitur vobis· Qua propter Ego hugo filius
roberti· hanc colibertam meam hauildem pro dei amore et pro anima patris mei roberti mascia matre mea·
et Gaufrido fratre meo necnon etiam odone de fraxinullo· cuius hec supradicta colibertam dimidia erat·
et agatha uxore sua et filiis suis Salomone et Ugone· Concedentibus liberam
facio· Ita ut deinceps bene ingenua possit existere· tamquam ab ingenuis parentibus esset procreata;
et nulli debeat aliquod servicium· nec servituris obsequium· nisi soli deo cui omnia subiecta sunt;
Si vero aliquis de parentibus meis vel nostris ut de heredibus nostris· seu aliqua intromissa persona huius elemo-
-sine libertatem frangere voluerit· ex divina auctoritate omniumque sanctorum excommunicetur·
et sua repetitio nichil valeat· et centum libras auri persolvat· et cum proprii corporis duello
hominem in eius nomine adquirat; Hec libertas fuit· facta ad morem aureum· ex parte hugo-
-nis· ad lavarzinum· ex parte odonis; leudovico rege francorum imperante· Ildeberto sancte dei cenoma-
nensis ecclesie· pontificatum agente· petro motonensium domino existente· huius libertatis sunt testes;
Iohannes presbiter· marcelinus· de troo· herveus de marches· Guillelmus de rupibus· Iodwinus
nepos defuncti roberti· teobaldus corcons· theodoricus et uxor eius· hermengardis; paganus pectori
Gaufridus filius Raginaudi pexeri· Leburgis [illegible] eius· hengerbertus· de carleo· corbinus venator
puella filia hernaudi quochini· Garnerius· paganus de pinellis· de lavarzino· Gaufridus pisca-
tor· Simon filius guiberti· hubertus boeta· S crus odonis· S crus agathes· S crus hugo-
nis filii odonis· S crus hugonis filii roberti· S crus malcie· S crus Gaufri-
S crus petri de more aureo· S crus philipi filii [illegible] S crus Salomonis· S crus Iohannis
S crus a. de [illegible] uxor petri· filii de more aureo
hoc signum hugonis filii pagani tracte
filii pagani de fracta valle· qui paganus concedit libertatem omnia esse data voce absoluta

domos sitas ad portam Garnaudi, et circa pontem Arrodi, qui faciunt summam sex solidorum cum quinque denariis et vno obolo, nos qui tenemur dictis religiosis M. M. in 19 denariis et obolo pro domino de Caluo monte, ... conuenimus ... quod iis deductis tenebuntur reddere 4[s] et 10 denarios dumtaxat ... in festo decollationis beati Johannis baptistae ..... In cuius rei testimonium et munimen sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini M° CC° nonagesimo tercio, die jouis, in vigilia natiuitatis Domini.

## CCCLXVIII bis

## PLANTAE VIGNEARUM (1)

1293

Hee sunt plante vignearum, juniores ultra antiquas de Mellandoys plantate de anno Domini millesimo CC° nonagesimo tercio, priori dicti loci, in tota parrochia sua cum veteribus pertinentes. In parrochia vero Montisthealdi similiter juniores cum veteribus, reservatis et exceptis aliquibus certis porcionibus dominis abbatibus beate Marie de Burgo medio blesensi, ac beate Marie de Fontanis albis, nec non dominis temporalibus de Meris, et si alique sint aut supervenerint in decima vocata la Tiercerie eisdem abbatibus et priori pertinente. In parrochiis de Cangy et de Voues similiter inter ipsos abbates et priorem pro certis porcionibus diuidendis (2).

## CCCLXIX

## AMORTISSEMENT POUR LES BIENS ACQUIS EN VENDOMOIS (3)

1294

« Amortissement du comte d'Anjou des choses acquises par l'abbaye de Marmoutier dans la comté de Vendosme et du Maine, en l'an 1294 », cottée E, charte 5[e].

(1) *Cart. de Mesland*, fol. 25 à 31.

(2) Suivent les noms de 290 personnes qui plantèrent 220 arpents de vignes, soit plus de 130 hectares. Parmi les noms nous distinguons ceux-ci : Pierre de la Saulaie; Guiot de Gièvres; Jehanne de la Chesnoie; Jehanne de la Charmoie; Rousseau, Jehan, Symon, Estienne du Perroy; Girard du Coignier; Geuffroy de la Broce; Oudet de Laual; Macé de Lauau; Raoulin de la Morandière; Garnier de la Haie; Colin de Launoy; Jehan de la Fontaine; Colin du Monceau; Regnaut du Monceau; Geuffroy du Vau; Huet de la Haie-Bélin; Guillot de Blemars.

(3) Arch. de Tours, H. 210. Registre de la Chambrerie, f. 49, Pray.

## CCCLXX

## ACQUISITION DES DIMES D'AMBLOY (1)

1295

« Lettre par laquelle Philippes veuve de feu Guillaume de Forges dame de Marinare vend et décharge les religieux et le couvent de Marmoutier de 13 septiers de froment de rente, que les nonnains de Moncy avoient à prendre sur les dixmes d'Ambloy, moyennant la somme de 30 livres a elle payées par lesdits religieux. Ladite lettre passée soulz le seel de la court du roy à Tours, l'an 1295, le jour Saint-Barthelemy, cottée P. 2, charte 16.

## CCCLXXI

## BAIL DU MOULIN DE GIÈVRES (2)

1295

Bail du moulin de Gièvres, situé à Monteaux, à Guiot de Gievres et à sa femme Edeline, pour 6 muids de froment, et 8 muids de mouturanche, à la mesure de Mesland, deux deniers moins de litte.

## CCCLXXII

## DE CONFIRMATIONE CONVENTIONIS CUM RECTORE SANCTI HILARII (3)

1296

L'évêque de Chartres approuve l'accord conclu entre le prieur de Fréteval et le curé de Saint-Hilaire (Voir la charte 367).

UNIUERSIS presentes litteras inspecturis.... officialis carnotensis salutem in Domino. Noueritis quod in nostra presentia constitutus Johannes, rector ecclesie sancti Hylarii de Grauella, asseruit per sacramentum suum ab eo coram nobis prestitum, inter se et fratrem Raginaldum, priorem

(1) Arch. de Tours, H. 225, registre de la Pitancerie, f. 25.

(2) *Cart. de Mesland*, fol. 24vo.

(3) Titre en parchemin scellé sur queue simple, sceau perdu, aux Arch. dép. de Loir-et-Cher.

prioratus siue domus de Fracta valle, carnotensis dyocesis, conuentiones contentas in quadam cedula, presentibus annexa, factas esse, et propter utilitatem dicte ecclesie sue, et quod abbas maioris monasterii turonensis dictas conuentiones confirmauerit, et quod volebat et supplicabat, quod reuerendus pater S. Dei gratia carnotensis episcopus, dictas conuentiones confirmaret, et hoc omnibus quorum interest tenore presentium intimamus. Datum anno Domini M° CC° nonagesimo sexto die mercurii post *Oculi mei*.

## CCCLXXIII

## ACQUISITION D'UNE DIME A PRAY (1)

Mai 1297

Lettre par laquelle Jeannin, escuyer, s^r de Lancé, et Jeanne sa femme, vendent aux religieux de Marmoutier les deux parties du traict d'une dixme de blé et d'autres choses, apartenant à la grange dixmeresse de Peray, scituée en la paroisse dudit Pray, pour le prix de 30 livres. Laditte lettre passée en la cour de Vendosme, au mois de may 1297, et scellée. Et par vne autre pièce y attaschée, il est faict mention comme lesdictes 2 parties de dixme apartenoient auparauant au maire de Bauuoir. Ce qui est confirmé et ratifié par Jean Moreau dudit Lancé, audit an 1297, le samedy après la S^te Nicolle d'esté. Icelle pièce aussy passée en la mesme cour, et scellée, auec vn contract faisant mention comme ces dites choses appartiennent audit Moreau. Le tout cotte E, charte 5^e.

## CCCLXXIV

## DON DE LA HAYE DU MILIEU (2)

1297

Nous, Hues de Chastillon, cuens de Blois et sires d'Auesnes, faisons sauoir à touz que comme nous avons baillié quité et déleissié à tous jours mais, au panetier de Morées ou non du prieur de Morées, vne haie, que lon appele la haie du milieu, assise en la

(1) Arch. de Tours, H. 210, Registre de la Chambrerie, f. 59.

(2) Original en parchemin, sceâu perdu.

chastelenie de Marchenoir, entre les haies de Morées, comme lon vient de Froitmenteau à la Morchiere ; laquelle haie nos gens auoient vendue à aucuns marchanz auecques les autres haies de Morées. Nous uoulons et otroions que se nous ou nos gens auons biens recu ou len nous doit aucune chose par raison de la cope qui avoit esté faite en la dite haie, que nous rendrons ce qui en aura esté receu au dit panetier, et que ce que lon en doit tourne et demeure au panetier deuant dit. Et li en cessons et delessons toute laction et tout le droit que nous auons et poons auoir contre quelques personnes que ce soient. Et l'en faisons et establissons procurateur en sa chose sanz jamais rappeler. En tesmoing de laquelle chose, nous auons fait metre notre propre scel en ces presentes lettres ffaites et données lan de grace mil deus cens quatre uinz et dis et sept, ou mois de may.

## CCCLXXV

## ACCORD AVEC LES COMTES DE BLOIS (1)

1297

A touz ceus qui verront ces presentes lettres, Hues de Chastillon, cuens de Blois, sires d'Auesnes, salut en notre Seigneur. Sachent tuit que comme contenz fust entre nous, d'une part, et le panetier de Morées, tant en nom dou prieuré de Morées, comme en nom de procureur de labbé et du couuent de Marmoustier, d'autre part, sur ce que le dit panetier es noms dessus diz disoit que vne haie que len appele la haie du milieu, assise en la chastellenie de Marchenoir, entre les haies de Morées, si comme l'on uient de Froitmanteau à la Morchière, auoit esté par le dit et par la pronunciation larceuesque Vincent de Tours, jadis arbitre ou aimable compositeur esleu de home de clere mémoire notre chier seigneur et oncle Jehan, jadis conte de Blois, d'une part, et l'abbé et le couuent de Mermoustier, ou nom de eus et dudit prieuré de Morées, d'autre part, sus le contenz des haies de Morées et sus plusieurs autres baillié et liurée au dit panetier, ou nom du prieuré dessus dit, si comme elle se comporte en lonc et lé, pour recompensacion de lusage que ledit panetier auoit ou pooit

(1) Titre en parchemin aux Archives de Loir-et-Cher, sceau perdu. Le *Cartulaire Dunois de MM.* en contient un extrait (n° CCLXXXI, p. 249), d'après Gaignières, mss. $5441^{2}$, fol. 146, qui donne le dessin du sceau.

auoir es dites haies, ou nom du dit prieuré de Morées, à prendre, desprendre et esploitier dudit panetier de Morées, et faire toute sa volenté, comme du domaine du dit prieuré de Morées. Derechef sur ce que le dit panetier disoit es noms dessus diz, que il et si deuancier sont et ont esté de si lonc tems, qu'il doit souffire, et comme il ne peut souvenir a memoire de homme, en saisine de vendre, de coper et de esploiter, comme propre domaine du dit prieuré, vne haie que lon appele le haieron Bernier, assise en ladite chastellenie de Marchenoir, notoirement et paisiblement, iuques a tant que par nous ou par ceux de qui nous auons cause, y fu mis empeschement. Nous et nos gens en nom de nous, maintenanz le contraire, et disans que ladite haie du milieu, et ledit haieron Bernier apartenoient par droit de seigneurie a nous et a l'abbé de Marmoustier, sans deuise, par le dit, et par l'ordination du dit arceuesque Vincent, lequel auoit pronuncié les haies de Morées etre communes a notre chier seigneur et oncle dessus dit, et as diz abbé et conuent, sans deuise. Mesmement comme nous deissions que la dite haie du milieu, et ledit haieron estoient assis dedenz les bornes des haies de Morées, des quelles ledit arceuesque prononca en la manière qu'il est dessus dit. A la parfin nous de la volenté et de l'assentiment des deuant diz abbé et conuent de Marmoustier, enquist la vérité des contenz dessus diz et tesmoinz traiz du dit panetier de Morées, es noms dessus diz, sus le droit quil maintenoit es choses dessus dites, et examinées par nos gens, inquisition faite diligemment, par acort de nous et de notre dit conseil, et de l'abbé, et du couuent et du panetier, ou nom du prieuré dessus dit, en apaisant les contenz dessus diz sans jugement et sans sentence donnée sus les choses dessus dictes, baillons, quitons et deleissons au dit panetier es noms dessus diz la dite haie du milieu, si comme elle se comporte en lonc et en lé, à tenir, a auoir et a porsooir du deuant dit panetier ou non du prieuré dessus dit, et de ceux qui aront cause de lui a tous jours mais, paisiblement, quittement, et delliurement, o plain droits de saisine et de propriété. Et tout le droit de saisine et de seigneurie et de propriété, que nous y auons et pooions auoir por quelconque cause ou raison que ce fust, nous quittons, cessons et delessons au dit panetier es noms dessus diz. Et en ce faisant l'abbé et le conuent dessus diz, et ledit panetier ou nom dudit prieuré, baillent quittent et délaisse à touz jours mais, à nous, à nos hoirs et à ceux qui de nous aront cause, ledit haieron Bernier, o tout le droit de saisine et de propriété que l'abbé, le conuent et le panetier dessus

diz auoient et pooient auoir ou dit haieron en nom du dit prieuré, par quelconque cause, et pour quelque raison que ce fust... Et promettons etc....... En tesmoing de laquelle chose ... nous avons fait mettre notre propre seel en ces présentes lettres, faites et données l'an de grace mil deus cenz quatre uinz et diz et sept, ou moys de may.

## CCCLXXVI

## PERMISSION D'OUVRIR LA RUE SAINT-MARTIN (1)

Avril 1299

Permission donnée par Hue de Chasteillon, comte de Blois, à M. l'abbé de Marmoutier de faire vne rue, appellée rue Saint-Martin, vne allée et vn pourgiet de bois pour donner communication de la maison Saint-Martin à vne maison appelée la maison de Loupiteau, jcelles maisons appartenant aud. abbé — parchemin scellé, 1299, avril.

## CCCLXXVII

## ACQUISITION DE LA DIME DE LA CHAIZE (2)

1299

« Abandon par Philippe dou Roulleiz, sire d'épée, ecuier, au prieur de Chouzy, de la dixme appelée la dixme de Saint-Martin, assise paroisse de Tour, au lieu appelé la Chaize, moyennant dix livres. Passé en la cour de Blois, l'an 1299, le vendredy après la Saint-Christophe (3), en parchemin, scellé d'vn sceau. »

## CCCLXXVIII

## DIME DE SAINT-MARTIN (4)

1299

« Cession par Guillaume dou Roilleiz, ecuier, au prieur de Chouzy, du fief qu'il disoit avoir et la dixme de Saint-Martin, assis

(1) Arch. d'Indre-et-Loire, H. 381, fol. 7.

(3) 25 Juillet.

(2, 4) Invent. des titres de Chouzy, de 1758.

Nota. — A la fin de cet inventaire, qui compte 80 feuillets in-folio, on trouve mention de « vieils jnventaires des titres du prieuré de Chouzy, vn datté du 24 avril », l'autre sans date et le 3[e] de 1727 que Jean Morand, prieur, avait fait rédiger

paroisse de Tour, au lieu appelé la Chaize, moyennant 15 livres. Passé en lad. cour de Blois, le même jour, en parchemin, scellé d'vn sceau. »

## CCCLXXIX

## AMORTISSEMENT DE LA DIME DE LA CHAISE (1)

1299

« Amortissement par Hues de Chatillon, comte de Blois, au prieur de Chouzy, d'une dixme de bled, vin et avoine, que led. prieur avoit au terroir de la Chaize, paroisse de Tour, estimée quatre livres de rente ; relevant en arrière fief de son comté, pour par ledit prieur et ses successeurs en jouir paisiblement, sauf aud. comte toute haute justice et souveraineté. Lequel a donné main-levée de la saisie par luy faite d'ycelle dixme. Du mois de septembre 1299. En parchemin auquel est attaché le sceau dud. comte. »

(1) Invent. des titres de Chouzy, de 1758.

NOTA. — A la fin de cet inventaire, qui compte 80 feuillets in-folio, on trouve mention de « vieils inventaires des titres du prieuré de Chouzy, vn datté du 24 avril », l'autre sans date et le 3e de 1727 que Jean Morand, prieur, avait fait rédiger.